


**C**lariss. Paulo Taruisino senatori et prefecto Patauio designato equitibus ornatiss.  
Iaco. Bap. Rauennas Augustinianus theologus. S. P. D.

**Q**uantum licet furari ocium a rebus nostris et domestico negotio: quod cum meis patri-  
bus pro communi vita laboriose gerimus: eques magnificentiss. Paule Taruisini stema-  
tis decus: Latum libenter in litterarum ueterum munimenta descendimus: Ne clandestino  
humani hostis laqueo imprudenter capti: In ipsa prona animantia uelud pecudes rediga-  
mur. Quapropter cum in templo Charitatis his diebus essemus ego et duo mei amicissi-  
mi in bibliothecam illorum patrum (ut soliti sumus) deuenimus: Subito in codicem hunc  
Egidianum incidit: Quæ de ente et essentia uoluit appellari. Verum enim uero demulctus  
statim in ingressu prime lectionis: nec prius recessi quin pene totum percurrerim. Sed adeo  
deprauatus et mancus erat: ut in uolucra sensuum: et ambitus litterarum incautus lector faci-  
le deduci posset. Ego uero tum existimaui rem fore perutilem si in pristinam dignitatem Egi-  
dium nostrum restituerim: ut et amici: et beniuolentes qui ad alendum animi studium se ex-  
citant: emendatione nostra sentiant legendo non nihil proficere. Curauit deinceps ut sub op-  
tumi et euigilantissimi Andreæ Asulani ex impressoria officina diligenter cudit: atque id uolui sub  
tuo nomine efficit: qui cum me non lateat quantum honeste eruditionis sis impense doctus:  
Qui et si vitam in medio rerum publicarum agis ad illustrandam rempub. officiosissimus.  
Ubi tot magistratibus et legationibus magnificentissime perfunctus. Et maxime modo: qui  
in summam censuræ dignitatem es euectus. Ad domicilia tamen sapientiæ quandoque diuer-  
tis. Quare libellos modo in lucem restitutos pulchrum esse obiectum tuo ingenio politis-  
simo ego excogitauit: Hic de deo: de formis: et de intelligentijs subtilissime agitur. Quæ sicut  
optima sunt in natura: ita in his cognoscendis homo uere sit homo. Et quando reipub. cau-  
sis defessus: ad hæc superna: et altiora animum subleuans: Cognosces utique peracta felicis-  
sime uitæ: ubi in celo tibi fore destinatus locum. Accipe igitur iustissime eques munusculum  
hoc tui Rauennatis: qui tantum Taruisinæ domui deberi fatetur: quantum hæc eadem tota  
tibi ipsi.

Clarissimi Egidij Romani Philosophi et Theologi summi: Quoniam de esse et essentia feliciter Incipit.



**Q**uestio est Utrum sit da re plura principia simpliciter prima. Et videtur quod sic. quia secundum philosophum 4<sup>o</sup> meta<sup>o</sup>. ubicumque est dare magis et minus et simpliciter. Sed est dare magis et minus malum. ergo est dare simpliciter malum et summe malum. ergo sunt duo principia. unum summe malum a quo

procedunt omnia mala. et aliud summe bonum a quo procedunt omnia bona. **¶** In primo et secundo mundi scribitur. Si unum contrariorum est in natura et reliquum. sed est dare summe bonum. ergo erit dare et summe malum. **¶** Sed dicebat quod non est dare nisi unum principium: quia multitudo entium arguit unitatem principij. **¶** Contra. Multitudo entium est ex eo quod entia sunt dicta ad hoc et ad illud. principium autem in entibus est ex eo quod intelligimus ens separatum. Sed si omnia entia essent colores. et si color esset separatus non esset unus color: quia forma generis non est forma una. **¶** Utrum ergo sit maior diversitas in analogo quam in genere erunt multa entia separata. et per quoniam multa principia prima. Multitudo ergo entium non arguit unitatem principij. **¶** **¶** ens non prohibet per diversas additas: quia tunc esset genus: ut declarari habet in 3<sup>o</sup> meta<sup>o</sup>. Sed prohibet per alium et alium essendi modum. Sed secundum alium et alium essendi modum oportet dare alio et aliud ens separatum: ergo idem quod prius. **¶** **¶** dicebat quod est unitas principij: quia entia sunt conexa. **¶** Contra conexio arguit diversitatem: quia non connectit actus actui nec potentia potentie. sed actus potentie ex eo autem quod arguit diversitatem non potest argui unitas: ergo etc. **¶** **¶** dicebat quod est unitas principij: quia sunt entia ordinata. **¶** Contra ordo arguit oppositum et prioritatem: quia sic non connectit actus actui. nec perfectum perfectum. sed imperfectum connectit sue perfectioni. sic per se non ordinat actus ad actum nec perfectum ad perfectum. sed imperfectum ad perfectum. Si ergo ordo arguit oppositum et prioritatem et priorum priorum sunt causa ubi dicitur in 2<sup>o</sup> de generatione. ex ordine entium magis prioritas accipit quam unitas principij. **¶** **¶** bonum addit ad supra ens. ergo probabit ipsum. ergo ens est in plus quam bonum et maxime cum illa additio dicat quid positivum. ergo est aliquid ens quod non est bonum. sed tale ens non poterit esse a deo. erit ergo ab alio principio. **¶** **¶** tale per participationem arguit tale per essentiam. ergo malum per participationem arguit malum per essentiam. ergo est dare summe malum. **¶** **¶** malum videtur esse per se intentum et non a casu cum sit in multis. sed quod est per se intentum habet per se causam. ergo etc. **¶** **¶** Ubicumque est dare 2<sup>m</sup> ibi est dare et primum. sed est dare secundas causas moventes ad malum. ergo est dare primum moventes ad malum. sed illud erit summe malum et principium omnium malorum. **¶** **¶** dicebat quod in actione mala est duo considerare. actionem et malitiam. actionis est causa deus. malicie autem est defectus creature. **¶** **¶** Contra. quod facit: facit rem compositam: quia non sit nisi compositum. ergo facit materiam et formam. **¶** **¶** Inconueniens est ergo quod unum agens faciat materiam et alio formam. est ergo inconueniens quod deus sit causa actionis et creatura sit causa malicie: quia non sit actio neque malicia sed actio mala. **¶** **¶** sunt plura esse separata. ergo sunt plures omnia. probatio assumpta. non predicat esse de pluribus in plurali nisi sit esse pluralis. Sed summa est quod dicit esse predicat de personis diuinis in plurali: quia dicit pater et filius sunt. ergo persone diuine habent plura esse et per quoniam sunt plures omnia. **¶** **¶** aliqui letant cum male

fecerint et exultant in rebus pessimis. sed hoc non esset nisi malum esset per se intentum. ergo etc. **¶** **¶** modi intelligendi sequitur modus eundem. Quot sunt ergo modi essendi tot erunt modi intelligendi: et e converso. Sed essentielles modi intelligendi et essentielles modi phisice sunt tres. ut dicitur in 6<sup>o</sup> meta<sup>o</sup>. ergo tot erunt essentialiter modi essendi. Non ergo omnia reducuntur in unum esse nec in unum principium. **¶** **¶** aliquid statim notata habent voluntaria malitia. talium ergo non potest esse auctor deus. reducuntur ergo in aliud principium et erunt plura principia. **¶** **¶** plura sunt necessaria: ergo plura sunt que non habent causam sui esse: quia necessaria impossibile est non esse. ergo non omnia reducuntur in unum principium. **¶** **¶** aug<sup>o</sup> sup<sup>o</sup> 30. vult quod pater est principium sine principio: filius principium de principio. ergo plura principia. **¶** **¶** principium et principiatum sunt correlatiua. Sed quoties multiplicat unum correlatiuorum totiens et reliquum. Quot ergo sunt principiatum tot sunt principia. **¶** **¶** Contra gen<sup>o</sup>. primo. In primo creauit deus celum et terram. deus ergo pater in uno principio. sed in uno suo verbo quod est unum principium cum ipso creauit celum et terram et omnia que in eis sunt. **¶** **¶** si essent plura principia neutrum esset principium: quia principium et ultimum et omnia que per supradicta dicitur unum solum pueniunt. **¶** **¶** deute. 6<sup>o</sup> scribitur. Dominus deus uester deus vnus est. **¶** **¶** entia sunt sicut nui ut dicitur 8<sup>o</sup> meta<sup>o</sup>. Sed omnes nui reducuntur in unitatem. ergo omnia entia reducuntur in unum principium. et procedunt ab uno principio sicut nui ab unitate. **¶** **¶** ad rom. 11. ex ipso et in ipso et per ipsum sunt omnia. ergo sunt ab uno deo et ab uno principio. **¶** **¶** si essent plura prima principia pueniret et differret. ergo essent composita quod est inconueniens.

**¶** **¶** Respondetur dicendum quod ad elucidandam ue ritatem quesiti. tria declarabimus. Nam primo declarabimus unum inuestiganda sit unitas primi principij. et ostendemus quod non sit modus puenientis nobis quam existentia entis et analogia ei. probabimus quidem quod ex ipso non aperit nobis ianua ad inuestigandum habere unitatem. Secundo declarabimus quibus et quot visus ex natura entis sit inuestiganda talis unitas. Tertio declarabimus unum sumperunt originem opinionum errantium. **¶** **¶** Circa ueritatem quesita propter primum est sciendum quod si ens esset generis ad omnia entia forte ualde esset difficile inuestigare unitatem primi principij eo quod genus non dicat formam unam. Nam ut in arguendo tangebatur. non est melior uia ad intelligendum primum principium quam intel ligere quoddam ens abstractum et quoddam bonum separatum. quodlibet enim creatum est ens hoc. uel ens illud. uel bonum hoc. uel bonum illud. Sed deus est primum ens per se ipsum bonum. per se separatum. unde aug<sup>o</sup>. 8. de trinitate. c. 4. bonum hoc. et bonum illud. tolle hoc. et tolle illud et intelligas ipsum bonum si potes et sic intelliges ipsum deum. sed ut tactum est. si color esset separatus non esset color unus. sed si albedo esset separata esset albedo una. ergo si ens esset generis. ens separatum non esset ens unum nullo. difficile ergo esset inuestigare unitatem primi principij si ens haberet rationem generis. Rursus si ens haberet rationem speciei quasi clauderet nobis uiam ad inuestigandum primum principium et unitatem eius. Nam cum in specie spaliissima sit uera inuocatio. si omnia entia essent eiusdem speciei non daret incitamentum ex sensibus ad inuestigandum prioritatem et posterioritatem in rebus: et ita esset quasi nobis celatum et occultum quod ex posterioritate effectuum deuenientium sit in prioritate cause. Sed quia ens dicitur analogice quasi apta est nobis ianua. ubi ex diuersitate effectuum inuestigamus unitatem cause prime. **¶** **¶** Propter quod sciendum est quod alia est unitas analogice. alia generis. Nam unitas generis uel etiam speciei est unitas predicatiouis ut pro tanto aliqua

## De esse et essentia

sunt sub vno genere uel sub vna specie. qz natura illi generis uel speciei est reperta in oibus eis predicari de oibz: uel nihil eni est sub hoc genere aial. uel sub hac specie ho in quo no reperiat na aialis uel hois. z inde est qz ad aial uerū z pictū aial nō pōt eē genus: eo qz in aiali picto nā aialis reperiri nō possit. Sed unitas analogi est unitas attributionis ut pro rāto dicunt ali qua sub vno analogo. nō qz reperiat vna nā: sed qz attribuitur vni nāe: ut sanū dicit de aiali cibo z urina. Nō qz nā sanitatis repiat in oibus istis: qz nihil de sanitate formalr est in urina. sz oia illa analogant in sano: qz sanitati que est in aiali sunt oia illa attributa. z ab illa sanitate dicitur oia sana. Sic et suba z accns analogatur in ente: qz ab entitate q est in suba dicunt oia accntia entia eē. Ideo dicit in 7<sup>o</sup> meta<sup>o</sup>. qz accns nō est ens nisi qz est entis. i. qz est attributum entitati que est suba. z sicut oia accntia sunt entia per entitatē que est in suba que est ens pncipalr z primū respectu accidētis. Sic oēs sube sūt entia per entitatē que est in suba pma. i. in deo qui est ens pncipalr z primū. nō solū respectu accidētis sed respectu oium. z inde est qz aliqui forte hoc mō loquēdi usi sunt dicentes deū esse illud respectu cui suba est accns: qz sicut accidēs est ens per entitatem que est in suba. ita quelibet sba cāta est ens per eē qd est in cā pma. Sed dices non est simile de sano respectu oīuz sanoz z de ente respectu oīum entū: qz in alijs ab aiali nihil est de sanitate formalr. tñ in accidentibz est aliquid formalr de entitate. Ad qd dicit pōt qz est qsi oīno sile: ut ad pposituz facit. Nā accntia cōparata ad sba z nō sunt entia ppter entitatē que sit in eis: nō qz nullam entitatē habeant: sed qz illa est ita debilis z ita ppinqua non enti ut p illam non mereant dicit entia. sed ppter entitates que est in suba. sic itaqz nostrū eē ad diuinū eē cōparatuz est magis non esse ipse solum est ens per se. Nos aut sumus entia propter eē eius. Uel possum<sup>o</sup> dicere qz dato qz accidētia dicunt entia ppter entitatē que est in eis. nunqz dicent entia ppter entitatē illam in se. sz propter entitatē illā attributam alteri. Ita qz semper unitas analogi est unitas attributionis. Ita qz nunqz analogū fm qz huiusmodi dicit de aliquibz duobus qui vnū nō attribuāt alteri uel ambo attribuāt 3<sup>o</sup>. z qui hoc nescit nāz analogie ignorat. Scōz ergo hoc in analogo est duo p̄siderare. ea que attribuunt z aliud cui attribuunt rōne eoz que attribuuntur in analogo est maior diuersitas qz in specie nec in genere. qz illa hoc mō sub analogo p̄tinent que ad vnū genus reduci nō possunt. Sed rōne e<sup>o</sup> cui attribuuntur in analogo per se loquēdo est maior unitas qz in genere nec in specie: qz nunqz neqz genus neqz species predicatur de pluribz: nisi illa plura realiter differūt. sz illa realis differētia nō eodē modo sit hic z ibi: qz in genere est per formā in specie est per mām. Sed analoguz pōt predicari de pluribz dato qz sit realiter vnū illud cui attributa sunt plura illa: ut dato qz nō esset nisi vnum aial adhuc sanuz possit dicit de pluribus. videlicet de illo in quo esset sanitas z de urina significāte sanitatē illā z de cibo p̄seruante eā: imo accidit sano ut analogum est qz dicat de pluribus aialibus sanis: qz fm hoc nō est analogū sed magis habet vniuocationem ad illam. Sic z si esset vna suba nūo adhuc ens dicit analogice de multis. z hoc posito multa accntia possent dicit entia per attributionē ad illud vnū. Sic etiā per cōparationē ad vnū separātū esse. oia entia dicent entia per attributionē ad ipm. ex natura ergo entis z ex analogia eius aperta est nobis via ad iue-

stigandam diuersitatem effectū z unitatem pncipij. Nam si p̄sideremus ea que attribuuntur: habemus diuersitatez effectū. si id cui attribuuntur unitatē pncipij. Cū vero quod ex natura entis z ex analogia ipsius iuestiganda est p̄tini pncipij unitas. Restat ostēdere quibz vīs hoc iuestigare possimus. propter qd sciēdum est qz si ex nā entis iuestiganda est unitas p̄tine cause inq̄tū oia entia attribuuntur ei. opz hanc unitatem tot modis iuestigare quot modis ipsum p̄tini est cā oīum entū. qz tot modis entia ei tanqz cāe sunt attribuenda. est aut deus respectu entū in triplici genere cause ut dicit cōmētator in 7<sup>o</sup> meta<sup>o</sup>. i. in genere cause efficiētis formalis z finalis. fm hoc triplici via iuestiganda est unitas p̄tini pncipij. p̄tini ut est in genere cause efficiētis siue cā efficiēs entū. Nam cū ens sit analogū. z analogia ut est diffusius declaratū accipiēda sit per attributionē nō sunt aliqua duo entia ut entia sūt quoz vnū nō attribuūt alteri uel saltrz ambo nō attribuūt 3<sup>o</sup>. ppositio ergo duobz entibz querā si vnū attribuāt alteri. i. si vnū dicit ens ppter entitatē que est in alio. querā de illo alio utruqz sit ens propter entitatē que sit in alio. qz si ambo attribuunt tertio. querā de illo 3<sup>o</sup> nō erit abire in infinitū. erit ergo dare aliquid qd nō attribuitur alteri. sed alia attribuuntur sibi. ita qz ipsum non erit ens propter eē qz sit in alio. sz alia erūt entia propter eē qd est in ipso. qd aut est tale uoco p̄tini pncipij. si aut dicas plura eē talia que nō attribuuntur alijs: sz alia attribuuntur eis. z ita plura sunt p̄tini pncipia. patet qz ex analogia entis nunqz est dare aliqua duo quin vnū attribuāt alteri uel ambo attribuāt 3<sup>o</sup>. Si ergo plura sūt talia uel ambo attribuerent 3<sup>o</sup>. z tūc neutrū esset p̄tini pncipium. uel vnū attribuēt alteri. z tūc illud p̄tini pncipij rōnem habere nō possit. Sz hoc ergo qz est deuenire ad vnū cui attribuuntur oia z qd est cā efficiēs oīum unitatē p̄tini pncipij iuestigare possumus. Hac aut via procedit dōnysius 4<sup>o</sup>. c. de di. no. qui vult qz non sit dare duo aliqua quin vnū nō sit cātuz ab altero uel ambo sint cāta a tertio: per quā viam oīno ostēditur qz est deuenire ad vnū a quo oia sūt causata z producta z cui sunt oia attributa. hec etiā via pōt haberi a p̄tini ex 2<sup>o</sup> meta<sup>o</sup>. ubi p̄tini in quolibet genere dicit esse causaz oīum alioz: z qz in genere entis est deuenire ad aliquod p̄tini illud erit causa oīum alioz. illud erit cui oia attribuunt. illud erit per se ens z oia alia dicent entia per esse eius. vnde cōmētator sup eodem 2<sup>o</sup> meta<sup>o</sup> dicit qz vnum est per se ens z per se uerū. z oia alia sunt entia z uera per esse z ueritatem eius. Cū scōa via ad iuestiganduz hoc idem sumit ex eo qz est cā formalis oīum. imaginabunt eni qz perfectiones ut sunt in materia z ut habēt esse abstractū tenent modū oppositū: qz ut sunt in materia q̄to vniuersaliores tanto imperfectiores. Nā ut dicit cōmētator sup 2<sup>o</sup> meta<sup>o</sup> super illo cap<sup>o</sup>. Qm in fūdāmēto nature nihil est distinctum mām prius recipit formas magis vniuersaliores. z postea min<sup>o</sup> vniuersales. forme ergo materiales ut considerant sub esse magis uli prius sunt in materia recepte: z ideo sūt magis in potentia z magis imperfecte. vnde z forma generis est magis in potentia z magis imperfecta qz forma sp̄t. quare si p̄fectiōes haberēt eē abstractū q̄to vniuersaliores tanto perfectiores. nam cū sp̄s addat supra genera z illud qd addit supra aliud sit cōpositiū eoz: z per p̄sequens potētialius. Si forma generis eēt forma vna z esset abstracta eēt multo simplicior. z per p̄sequens actualior qz forma sp̄t. si ergo ipsum eē eē

abstractū hēret q̄cqd in se est ⁊ q̄cqd est de rōne en-  
 tis. ⁊ hēret in se omnīū p̄fectionē. ⁊ q̄ hoc itelligim⁹  
 esse deum quoddam eē purū abstractum oportet q̄  
 illud sit omnīū perfectissimū ⁊ q̄ habeat in se omnes  
 p̄fectiones. si enim forma quāto vniuersalior tanto  
 ip̄fectior ut est in materia. ⁊ perfectior ut est per se  
 existens eē q̄d est vniuersalissimū si ponit per se exis-  
 erit perfectissimū: ⁊ q̄ tale quid est deus ideo ipse est  
 perfectissim⁹ ⁊ est in ipso omnis p̄fectio: ⁊ ideo est  
 forma exēplaris oīum ⁊ oīa entia oīum generū sunt  
 exēplata ab ipso: q̄ p̄fectiones omnīū reperunt in  
 ipso. tale autē q̄d est sic perfectissimū plurificari nō pōt  
 q̄ omīssa plurificatione que est penes relatā sicut est  
 in personis diuinis. loquēdo de plurificatione penes  
 absoluta nunq̄ est plurificatio aliquoz nisi vnum sit  
 perfectius alio ut apparet in genere ⁊ in analogo. uel  
 q̄ utrūq̄ sit imperfectū ut apparet in rebus mālibus  
 sub eadem p̄tenti specie: ⁊ q̄ eo q̄ est sic perfectum  
 nihil pōt esse perfectius ut sit plurificatio talium sub  
 eodem genere uel sub analogo. ⁊ q̄ in eo nulla est im-  
 perfectio ut in eadem specie possit plurificatio talium  
 inueniri. oportet ipsum eē vni⁹ ⁊ in plurificatū. intelli-  
 gendo igit̄ primū p̄ncipiū esse quoddam esse purū ⁊  
 abstractū. Duplci via declaratū est tale q̄d plurifica-  
 ri non posse. primo q̄ oīa habent esse per ipsū ⁊ oīa  
 attribuūtur ei ⁊ ipse est omnīū cā efficiens. Secūdo  
 q̄ p̄fectiones oēs reperunt in eo ⁊ ipse omnīū exē-  
 plar ⁊ forma. ad hanc autem viam q̄ ipse habeat sic  
 p̄fectiones oēs ⁊ bonitates: ualent tam dicta scōz  
 q̄ phoz. Nam aug⁹. 8<sup>o</sup> de trini. c. 3. dicit q̄ ipse non  
 est alio bono bonū: sed est omnis boni bonū. ⁊ anse-  
 mus prolog. 5. cap. ait q̄ deus est quicqd est meli⁹  
 esse q̄ non esse. ⁊ dionysius. 12. de di. no. dicit q̄ lauda-  
 re nos puenit cum qui est infinitoꝝ nominū. appellat  
 enim dionysius deū infinitoꝝ nominū q̄ sunt in eo in  
 finite p̄fectiones s̄m quālibet quarū nominari pōt.  
 ⁊ phs. 5. meta<sup>c</sup> vult q̄ in eo congregant̄ p̄fectiōes  
 oīum generū. Tertia via ad hoc idē sumit̄ ex eo  
 q̄ ipse est oīū finis. ⁊ hec est via phi in. 12. meta<sup>c</sup> cir-  
 ca finem qui uolens inuestigare ueritatē primū p̄ncipiū  
 dicit totū vniuersū ordinari ad deū tanq̄ ad suū  
 finē. sicut totus exercitus ordinatur ad ducē. Sicut  
 enim totus exercitus ordinatus est ⁊ cōnexus p̄pter  
 vni⁹ ducē. sic totum vniuersum est ordinatū ⁊ p̄nexū  
 p̄pter vni⁹ bonū finale q̄d intēdit in toto eo. unde  
 phs in eodem. 12. dicit q̄ entia nolūt male disponi: s̄  
 bene. Si autem essent plures p̄ncipes ⁊ plura p̄ma  
 entia nō essent bene disposita: quia essent incōnexa ⁊  
 inordinata p̄pter q̄d ipse concludit ibidē q̄ est vni⁹  
 p̄ncipatus ⁊ vnus p̄nceps. Errores autē in hac  
 q̄ōne ex ipsiis entibus sumpt̄erūt originē. Videmus  
 enim in entibus pluralitatē cōtrarietate ⁊ defectū.  
 Videntes enim aliqui pluralitatē entū crediderunt  
 esse plura p̄ncipia in que entia reducūtur ⁊ hoc mō-  
 errauit pythagoras ponēs. 10. p̄ncipia bonoz. uide-  
 licet finitū. ipar. destrū. vni. masculū. quiescēs. rectū  
 lucem bonū ⁊ quadrangularem. ⁊ 10. maloz. uidelz  
 hīs opposita. cur⁹ positio p̄o meta<sup>c</sup> recitat. Alij vō  
 videntes entium cōtrarietates dixerūt plura eē p̄ma  
 p̄ncipia cōtraria ⁊ hui⁹ positionis vidēt fuisse empe-  
 docles ponens litem ⁊ amicitia esse rerū p̄ncipia ut  
 apparet ex p̄o de ḡnatiōe. Rursus aliqui vidētes de-  
 fectum in entibus crediderūt esse duo p̄ncipia. vni⁹  
 maloz a quo creatur defectus. ⁊ aliud bonoz a quo  
 influunt p̄fectiōes. ⁊ hui⁹ rei positiois fuit maniche⁹  
 quā ip̄obatur aug⁹. 21. cōtra faustum. 8. cōfess. cap. 10.

Sed hī errauerunt q̄ si in entibus est multitudo est  
 attributa vni. Sed in entib⁹ est cōtrarietas cōnexa ⁊  
 ordinata per vni⁹. Si in entibus est defect⁹ est per re-  
 cessum ab vno. Videmus enim q̄ aliqui sagittantes  
 bene sagittant. aliqui vō male. sed nō p̄pter hoc da-  
 mus duo signa: ut respectu vni⁹ accipiatur p̄lectiōes  
 male ⁊ respectu alterius bone. Sed dabimus vnum  
 ⁊ idem signū ad q̄d accedēdo bene proiciatur ⁊ rece-  
 dendo male. Sic dabimus vni⁹ p̄ncipiū ⁊ vni⁹ opri-  
 mus ad q̄ appropinquātes sumus boni ⁊ a quo rece-  
 dentes sumus mali.

**Ad primum** dicendum: q̄ ubicūq̄ est da-  
 re magis ⁊ minus. ibi est da-  
 re simpliciter non quocūq̄ modo. sed respectu cuius  
 sumatur magis ⁊ minus. vni⁹ est enim simpliciter bo-  
 nū q̄d est optimū respectu cuius sumit̄ magis ⁊ min⁹  
 bonū per accessus ⁊ magis ⁊ min⁹ malū per recessus.  
 magis ergo ⁊ minus malū nō arguit simpliciter malū  
 sed arguit simpliciter bonū: respectu cuius per maio-  
 rem ⁊ minorē recessum sumitur magis ⁊ minus ma-  
 lum. Ad 2<sup>m</sup> dicendum: q̄ in uere cōtrarijs uerita-  
 tem habet si vnum cōtrarioꝝ est in natura ⁊ reliquū:  
 q̄ uere cōtraria sunt sub eodem genere ⁊ quilibet di-  
 cit aliquā entitatem. Cum ergo p̄traria presupponat  
 gen⁹ aliquod: q̄ illud gen⁹ non esset nisi haberet sub  
 se utrūq̄ cōtrarioꝝ. oportet q̄ si vni⁹ cōtrarioꝝ sit in  
 natura q̄ sit ⁊ reliquū. Sed tunc rō non est ad p̄po-  
 situm: q̄ bonū ⁊ malum s̄m q̄ huius nō p̄prie op̄-  
 nuntur cōtrarie sed p̄uatiue. Uel possumus dicere q̄  
 ipsi optimo ⁊ ipsi primo p̄ncipio nihil est cōtrariū:  
 q̄ cōtraria siue p̄uatiue semper respiciunt idē sub-  
 lectū. ⁊ quia deus est esse purū abstractum nō p̄ctum  
 ad aliquā naturā nec ad aliquod subiectum sibi nihil  
 contrariū esse potest. si ergo tale optimū est in natu-  
 ra nō oportet q̄ sūme malum sibi cōtrarium reperiat  
 in natura. Ad 3<sup>m</sup> ⁊ 4<sup>m</sup> dicendum: q̄ analogia en-  
 tium ⁊ diuersi modi eēndi ⁊ participandi in entibus  
 arguunt vnum esse purum a quo omnia habent esse  
 ⁊ cui omnia debent attribui. Ad 5<sup>m</sup> dicendum: q̄  
 si cōnexio diuersitatē cōnexoz arguit. arguit tamen  
 ueritatem cōnectētis. Nā si actus ⁊ potentia que cō-  
 nectunt̄ habēt aliquā diuersitatē. oportet tamē deue-  
 nire ad vni⁹ p̄ncipiū motorem cōnectentem omnē po-  
 tētiam suo actui. Ad 6<sup>m</sup> dicendum: q̄ si p̄trarietas  
 arguit diuersitatem cōtrarioꝝ ordinatorum in vno  
 vniuerso. arguit tamē ueritatem ordinatoris. ⁊ certum  
 est q̄ multa sunt ordinata. s̄ vni⁹ est ordinās. Ad  
 7<sup>m</sup> dicendum: q̄ nō omnis additio p̄trahit rem q̄tū  
 ad supposita. est enim de rōne additionis q̄ faciat rez  
 posteriorem esse s̄m intellectum. sed non oportet q̄  
 semper illa additio sit restrictiua s̄m supposita: q̄ po-  
 test talis additio cōcomitari omnia illa: ⁊ hoc locuz  
 habet tam in additione positua q̄ in p̄uatiua. ut si  
 vnum addit supra ens oportet q̄ intellectus vni⁹ sit  
 posterior intellectui entis. Ita q̄ res p̄lius intelligitur  
 esse ens q̄ esse vna. Sed nō oportet q̄ vni⁹ cōtrahat  
 ens: imo vnum ⁊ ens se cōsequūtur. ut dicitur in 4<sup>o</sup>  
 meta<sup>c</sup>. ⁊ q̄ dictū est de vno ueritatē habet de bono.  
 Nam bonū q̄d addit supra ens est posterius ente: q̄  
 p̄ri⁹ intelligitur aliqd esse ens q̄ esse bonū. ens enim  
 ⁊ esse sunt de primis conceptibus mentis. rōne ergo  
 additionis bonū est posterius ente. sed non restrictiua  
 ipso: imo bonuz dicitur equaliter ente: ut scribitur in  
 p̄rio ethicoꝝ. Plato tamē posuit q̄ bonū est in plus  
 q̄ ens quomodo uerificari possit nō est p̄sentis spe-  
 culationis. Ad 8<sup>m</sup> dicendum: q̄ non quicquid est

## De esse et essentia

per accidens intentum est a casu et in paucioribus ut natura per se intendit generationem per accidens corruptionem: tamen corruptio non est in paucioribus quam generatio: imo semper generatio unius est corruptio alterius. et tamen corruptio est intentata per accidens. malum ergo est prater intentionem et prater uoluntatem: quia nullus aspiciens ad malum agit quod agit ut uult diuysius. 4<sup>o</sup> de di. no. peccator ergo per se intendit delectationem. per accidens uero intendit malum et inordinationem: et tamen malum et inordinatio sepe et etiam semper possunt esse annexa delectationi illi. ¶ Ad 9<sup>m</sup> dicendum: ubi dicitur est dare aliqua per participationem ibi est dare aliquid simpliciter non tamen simpliciter oportet istud sit aliud in bonis et aliud in malis. sed est unum optimum simpliciter respectu cui omnia bona per accessum ad illud participant bonitatem. et omnia mala per recessum ab eodem participant malitiam. ¶ Ad 10<sup>m</sup> dicendum: quod in habentibus ordinem per se est deuenire ad primam. malum autem non est per se intentum: sed per accidens. ¶ Ad 11<sup>m</sup> dicendum: quod deus in omni re composita est causa tam materie quam forme. sed malum non dicit materiam neque formam: sed defectum forme. ¶ Ad 12<sup>m</sup> dicendum quod pater et filius sunt: sed non propter hoc arguitur quod sint ibi plura esse: sed quod plures habentes esse. est enim sensus pater et filius sunt. i. habent esse unum. est enim unum esse omnium trium personarum. ¶ Ad 13<sup>m</sup> dicendum: quod aliqui leuantur cum male fecerint: ut illi qui non agunt ex ignorantia uel ex passione. sed ex certa malitia. tales autem etiam sunt peiores alijs non tamen per se uolunt nec eligunt ipsam inordinacionem. sed per se intendunt delectacionem aliquam cui inseparabiliter est annexa inordinacionem. ¶ Ad 14<sup>m</sup> dicendum: quod sunt essentialiter plures modi essendi. sed omnes illi modi fluunt ab uno esse puro qui est oium aliorum principium. ¶ Ad 15<sup>m</sup> dicendum: quod quantumcumque aliqua habeant uolutam malitiam. tamen quantum ad id quod est ibi causa entitatis habent causam efficientem. sed quantum ad id quod inordinacionis non habent causam efficientem sed deficientem. talium ergo quantum ad id quod entitatis habent: est causa deus. tamen quia efficit deus mediante creatura ratione creature potest habere actio illa conuoluta et conexa inordinacionem et deformitatem. ¶ Ad 16<sup>m</sup> dicendum: quod nihil est necessarium oibus modis nisi solum primum principium. et ideo solum illud non habet aliam causam. omnia autem alia sunt effectus eius. ¶ Ad 17<sup>m</sup> dicendum: quod pater est principium sine principio. filius principium de principio ambo tamen non plura principia sed unum principium ut uult aug<sup>9</sup>. 10. de trini. c. 13. Sicut quod filius est ab alio: ideo est deus de deo. non autem dicimus hoc de patre. pater tamen et filius non dicuntur dijs: sed unus deus. ¶ Ad 18<sup>m</sup> dicendum: si quilibet filius habet patrem. non tamen oportet quod tot sint patres quot sunt filij. ergo si principiatum dicitur relatiue ad principia. sic etiam qui libet monachus habet abbatem: non tamen tot sunt abbates quot sunt monachi. sic quodlibet principiatum habet principium. non tamen oportet quod tot sint principia quot principiatum. poterit enim esse unum principium respectu plurium uel respectu oium principiatorum. respectus ergo plurificatur secundum numerum principiatorum: quia si ab uno principio procedunt plura principiatum quot sunt illa principiatum tot sunt respectus ipsius principij ad illa. uel secundum rem uel saltem secundum rationem. ipsum tamen principium non oportet plurificari secundum numerum principiatorum.

**Secundo queritur** An ab uno

principio simplici possint immediate plura procedere: et uidetur quod non. quia ab uno motore separato secundum philosophum in 12. meta<sup>ca</sup> non procedit nisi unus motus. ergo ab uno principio separato quod est deus non procedit nisi unus effectus immediate. ¶ Respondeo. sicut res procedunt a deo sicut a causa efficiente. ita reducunt in ipsum sicut in finem. et prout reducunt res in deum ut in finem reducunt una mediante alia: ut creatura corruptibilis mediante spiritali. spiritalis inferior ut anima mediante superiori. a deo ergo non procederet immediate nisi unus terminus. ¶ Respondeo. maior est equiuocatio et maior est differentia inter deum et creaturam quam inter corpus celeste et ista inferiora. sed corpus superceleste non potest producere nec generare unam rem nisi mediante alia. similem speciem mediante simili specie: ut hominem mediante homine. et equum mediante equo. propter dissimilitudinem enim quam habet celum ad equum non potest facere equum nisi mediante equo. ergo cum maior sit distantia inter deum et creaturam non poterit facere immediate duas creaturas. sed faciet unam mediante alia ut creaturam magis distantem et magis imperfectam mediante creatura minus distante et magis perfecta. ¶ Respondeo. secundum Dionysium 4<sup>o</sup> de di. no. ab eodem non possunt procedere immediate contraria perfecte. cum ergo in genere entium reperiatur perfecta contrarietas. saltem talia non poterit immediate procedere ab eodem principio. ¶ Respondeo. ordo est per se in rebus: quia istud est maximum bonum quod reperitur in entibus. ita quod post bonum dicitur. i. post bonum diuinum qui est deus et princeps oium. non est terminus bonum sicut bonum ordinis. sed istud bonum maxime attenditur per respectum cause ad causatum. ergo secundum modum ordinatum causabunt entia. et ab uno principio procedere. ut unum mediante alio. ¶ Respondeo. in 2<sup>o</sup> meta<sup>ca</sup> esse diuinum respectu oium aliorum assimilatur colori ignis respectu oium aliorum colorum. quia sicut calidum in igne est causa omnium aliorum calidorum. sic primum ens est causa oium aliorum entium. sed qui cognosceret calidum in igne: non cognosceret distincte omne calidum. ergo deus cognosceret se non cognosceret distincte oia entia: sed causa indistincta nisi determinetur per causam aliam nihil agit. ergo deus nullum effectum immediate producit. sed in omni actione sua presupponit alia agentia. ¶ Respondeo. secundum Dionysium 2<sup>o</sup> de di. no. que sunt causatorum abundantius insunt causis. si ergo reperit pluralitas in causatis abundantius reperiet in causis. Ita quod plura causa procedet a pluribus causis. Non ab una causa uel saltem immediate plura non procedent ab uno. ¶ Respondeo. ut scribitur 2<sup>o</sup> de generatione. Idem manens idem semper facit idem. sed deus semper manet idem cum sit omnino simplex. ergo ab eo secundum se immediate non possunt procedere plura. ¶ Respondeo. persone diuine minus differunt quam creature. ergo rationes in deo per quas producunt persone diuine minus differret quam rationes per quas producunt creature. sed rationes per quas producuntur persone diuine differunt realiter relatiue. ergo rationes per quas producuntur creature differret prius quam realiter relatiue. Sed ultra differentiam realem relatiuam non est nisi differentia realis absoluta. ergo a deo non possunt procedere ultra per creationem nisi sit compositus et sit in eo pluralitas absolutorum. ¶ Respondeo. in deo non est pluralitas nisi secundum rationes. sed sicut est in eo pluralitas sicut possunt ab eo plura procedere: non ergo poterit ab eo plura procedere nisi secundum rationem terminum. ¶ Respondeo. illa pluralitas rationum est in intellectu nostro non in deo cum sit summe simplex. sed id quod est in intellectu nostro nihil facit ad producere dei. ergo propter talem pluralitatem nullo modo



poterit deus immediate plura producere. sed non est da-  
re quod hoc possit aliter. ergo etc. ¶ per potentiam  
generatiuam in diuinis non generatur nisi vnus filius:  
ergo a filii per potentiam creandi non creabit nisi ime-  
diate vnus effectus. ¶ nulla causa vltis determi-  
natur ad effectum aliquem nisi mediante causa particulari.  
Sicut nec gen<sup>s</sup> determinat ad spem nisi mediante dif-  
ferentia: ergo a deo qui est causa vniuersalis nihil pcedet  
nisi mediante aliquo agente determinate ipm. ¶ processio  
spus sci presupponit processionem filij: ergo  
processio vni<sup>s</sup> persone diuine presupponit processionem  
alterius. pari ergo ratione processio vnus effectus pre-  
supponit processionem alterius ordinare: ergo pcedit  
effectus a deo ut vnus mediante alio. ¶ In trium est  
Eccle. 15. qui viuunt in eternum creauit oia simul. Si er-  
go oia sunt creata simul: non est creatum vnum mediante  
alio. ¶ deus est omnipotens: ergo nihil presupponit.  
ergo potest quodlibet totum immediate producere. ¶ gen<sup>s</sup>  
primus scribitur quod in principio creauit deus celum et  
terram. simul ergo ab initio oia creata sunt celum et ter-  
ra: ergo sunt immediate creata ab ipso et non vnum me-  
diante alio: quia tunc vnum esset prius creatum quam aliud.

**Respondeo** dicendum: quod sententia philosophi quod  
idem manens idem semper facit idem.  
non videtur huic ueritati contradicere. Non enim est in-  
tentio philosophi probare in 2<sup>o</sup> de generatione ubi uerba ista  
adducuntur quod ab eodem deo simplici non possit imedia-  
te procedere plura. scilicet quod a deo eterno non possunt ime-  
diate procedere noua. videtur enim imaginari philosophus quod a  
deo ab eterno processit quicquid potuit procedere. Si  
autem postea reperta est nouitas in entibus nouitatem  
illam attribuebat secundis causis. Nam si a deo procedit  
aliquid de nouo secundum eum hoc esse non potest nisi sit mu-  
tatio facta in deo. quia ipse est idem semper eodem modo se  
habet in causando quod nihil mediante procedit nunc de  
nouo ab eo quod non processerit ab eterno. per uerba ergo  
philosophi non negat pluralitas effectuum a deo sed nouitas.  
Dubium tamen est quid senserit de anima humana. Nam ut  
patet in 2<sup>o</sup> de anima intellectus est perpetuus et incorrup-  
tibilis. ¶ Rursus multum sonant uerba eius quod intel-  
lectus sit forma corporis. imo omnino credendum est ipsum  
hoc sensisse. de potentia ergo materie non potest talis  
forma educi cum sit perpetua et incorruptibilis. nec est  
talis forma potest esse eterna cum sit forma corporis. vi-  
detur ergo relinquere quod semper nouis corporibus infun-  
dant noue anime. quod si tamen hoc Aristoteles senserit quod dubium est:  
non tamen recessit a sua sententia. quod idem manens idem semper  
facit idem. Nam facies alicuius semper est apta nata  
multiplicare imaginem suam ad speculum. quod si tamen modo  
opponit faciei speculum et primo non opponebatur. ita quod  
modo multiplicat imaginem suam ad primum et primum non  
multiplicabat. hoc non est ex mutatione faciei: sed ex no-  
uitate opponis speculi. Sic deus animam intellectiuam quasi  
quandam suam imaginem semper est paratus infundere  
corpori debite organigato. Sed si modo infundit et  
prius non infundebat hoc non est ex nouitate facta in  
ipso: sed ex nouitate facta in corpore quod ponit nouiter  
organigatum. Verba ergo philosophi non solum pertinent ad productionem  
alioz effectuum. sed et pertinent ad productionem anime intel-  
lectiue. dato quod sic senserit ut dictum est. nec plus uoluit  
nec plus arguit. nisi quod a deo eterno non pcedit aliquid  
nouum nisi in aliquo alio primum sit facta nouitas aliqua.  
¶ Cuius quod uerba Aristoteles ueritati quesite non contradicunt  
restat videre utrum alioz philosophorum dicta huic ueritati re-  
pugnet. Videtur autem liber de causis huic ueritati esse con-  
trarius. quia in commento tertie propositionis dicitur de<sup>s</sup> creauit

animam mediante intelligentia. Si ergo anima que est infe-  
rior intelligentia creata est a deo mediante illa pari ratione  
intelligentia inferior est creata mediante superior: ita  
quod solum vnum a deo immediate processit. sed si bene consi-  
derent uerba dicti auctoris non dicunt huic ueritati.  
Nam cum auctor ille primum dixisset quod deus creauit animam  
mediate intelligentia. in eodem commento postea dixit quod  
deus creauit animam et posuit eam substramentum intelli-  
gentie. ipsa ergo anima secundum prelatum auctorem pertinet ad substantiam  
est creata a deo. sed quantum ad perfectiones est substrata  
intelligentie a qua recipit perfectiones multas. Si ergo  
dicta illius libelli uolumus sine repugnantia exponere  
dicemus quod intelligentia habet calitatem supra animam: et anima  
est causata mediante ea: non quantum ad substantiam sed quantum  
ad perfectiones alias. ¶ Inter ceteros autem huic ue-  
ritati prius videtur fuisse autem. qui omnino uult quod a deo  
immediate non possit nisi vnum pcedere. Nam in 9. meta-  
sue. c. de ordinatone. esse intelligentie et animarum et corpo-  
rum celestium motorum. et primo uolens ipse autem. indagare  
causam pluralitatis in entibus. ait quod a deo non possit immediate  
esse causa multa nec secundum numerum nec secundum diuisionem: sed  
ut ipse uult eodem libro 2. c. cum intelligentie sint multe et  
anime celorum multe et corpora celestia multa a deo non  
processit immediate nisi intelligentia excelsior et superior:  
et ab illa processerunt postea tria. uidelicet secunda intelli-  
gentia et prima anima celi et primum corpus celi. Imaginat  
enim autem. quod deus intelligendo producit per suum intel-  
ligere. et quia intellectus diuinus non est in actu nisi per vnum  
aliquid. scilicet per seipsum ideo ab eo immediate non procedit  
nisi vnum tantum. intellectus autem intelligentie per se reducitur  
in actum per tria. Nam ipsa intelligentia est quid com-  
positum ex suo actuali et ex suo potenciali. Intellectus igitur  
intelligentie uel reducitur in actum intelligendo deum uel  
intelligendo suum actuale uel suum potenziale. nec uideatur  
hoc inconueniens quod intellectus intelligentie possit redu-  
ci in actum intelligendo suum potenziale: quia nihil est in  
intelligentia quod sit potenziale purum. ideo illud potenziale  
quedam actum dicitur. reducitur igitur intellectus intelli-  
gentie in actum per tria. sed non eodem modo. nam ut in-  
telligit deus efficit maxime in actu. ut intelligit suum  
actuale efficit minus in actu. sed ut intelligit suum po-  
tentiale: efficit adhuc minus et sic gradatim efficitur in  
actu intelligendo. ita gradatim producit tria. Nam in  
intelligentia prima intelligendo deum: quia tunc efficit intel-  
lectus eius maxime in actu per illud. producit intelligen-  
tiam secundam. Sed prout intelligit suum actuale: quia tunc  
suum intelligere efficit minus in actu. ideo per tale in-  
telligere producit animam primam que est minus in actu  
quam intelligentia secunda. sed prout intelligit suum potenziale.  
producit corpus celeste primum quod est adhuc minus in  
actu quam anima prima: et sic intelligentia prima producit intel-  
ligentiam secundam corpus celi primum et animam celi primam. sic  
intelligentia secunda producit intelligentiam tertiam animam celi  
secundam et corpus celeste secundum. Et sic descendendo de-  
uenit usque ad ultimam intelligentiam que non producit in-  
telligentiam aliam sed est matrix formarum in istis inferio-  
ribus. sic uidetur sensisse autem. ¶ Recitatis autem philosophorum  
dictis hoc modo incedem<sup>s</sup> ad inuestigandam propositam  
ueritatem. quia primo ostendem<sup>s</sup> per autem. quod ab vno sim-  
plici possint pcedere et procedunt immediate plura secundum  
numerum et secundum diuisionem. cuius primum ut patuit asserunt.  
Secundo declarabim<sup>s</sup> modum et viam quod hoc contingat.  
Tertio dato quod hoc sit falsum eo modo quo intelligit  
autem. quod ab eodem simplici non possint pcedere plura im-  
mediate declarabim<sup>s</sup> utrum aliquo modo possit uerifica-  
ri quod dicitur. Propter primum sciendum quod per autem. ex auctori

## De esse et essentia

facibus eius possumus efficaciter procedere. Imaginatur enim autē. et uerum est quod ex actione inuestiganda sit substantia: quia res sicut se habet ad agere ita se habet ad esse: et econuerso. unde ipse dicit. 9. meta<sup>ca</sup> 4<sup>o</sup>. quod quicquid agit actionem suam non indiget materia. ipsum per seipsum non est indigens materia. uult ergo quod quicquid de necessitate non presupponit materiam in qua agit ipsum per seipsum non indiget materia. in non habet materiam partē suā. extendam<sup>o</sup> ergo hanc propositionē ad eē possibile. et dicam<sup>o</sup> quod quicquid habet possibile per se sui. i. quicquid non est actus purus illud non potest agere nisi presupposito possibili in quo agit. Ita quod sicut eē illi<sup>o</sup> presupponit possibile in quo sit. ita actio eius presupponit possibile in quo recipiat. Accipiam<sup>o</sup> autē et alia propositionē ab eodē autē. eodē libro et ca<sup>o</sup>. quod intelligentia habet suū possibile: et sui actuale. et ex hijs arguam<sup>o</sup> sic esse intelligentie non est actus. sed habet quoddam possibile in quo reperit. sed res sicut se habet ad eē ita se habet ad agere. ergo et agere intelligentie de necessitate presupponit aliquid possibile in quo recipiat. nulla igitur intelligentia potest ex nihilo facere aliquid. sed quod deus quicquid nunc agit non presupponit aliquid possibile abstractū actioni sue. sed per actionē suā totā rem producit simul in esse. Cū igitur intelligentie sint multe et anime celorum multe sunt eūdem autē. eodē li<sup>o</sup> et ca<sup>o</sup>. et nulla intelligentia neque aia possit fieri ex materia piacente ab ipsa ueritate coacta et ex propositionibus suis met cogit ponere quod nulla intelligentia possit aliquid intelligentia producere. nec et aliquid celeste aiam. unde cū talia sint. producta et non sunt producta mediante intelligentia oia quod sunt producta immediate a deo. plura igitur sunt immediate producta ab ipso. ¶ Rursus ostendimus quod plura sunt per diuisionē. Nam in intelligentia est dare suū actuale ut suū eē. et possibile ut suū quidditate siue suā essentiam. uel ergo procedit a deo essentia mediante eē. uel eē mediante essentia. uel totū immediate. si totū immediate: ergo plura sunt per diuisionē. Non autē dici potest quod eē creetur a deo mediante essentia. Nam ratio creationis rerum sumit ex eē. pro tanto enim res creantur a deo quod accipiunt ab eo eē. illud ergo quod est ratio que creetur essentia non creatur mediante essentia. sed dices quod essentia creatur mediante eē. sed nec hoc stare potest: quod cū eē recipiat in essentia. uidetur magis eē presupponere essentiam quam econuerso. nihil autē creatur mediante suo posteriori. nec mediante eo quod presupponit ipsi. Cū enim actio procedat ab agente in actu. sic debemus loqui de productione aliquid et de actione aliquid quod nec ueniam<sup>o</sup> repugnantiam ex parte productis qui in actu producit inoptuz dat eē: nec debemus procedere quod essentia creetur mediante eē quod inueniunt<sup>o</sup> repugnantia ex parte producti in quo intelligitur essentia subterni ipsi eē. et per prius per intellectuz procedere ipsum. dicemus itaque quod sicut in generatione non generat<sup>o</sup> materia neque forma. sed per se et primo generat totū compositū. quo generato generatur materia et forma eius: ut declarari habet in primo philosophi. et 7<sup>o</sup> meta<sup>ca</sup>. Sic in creatioe per se et primo creatur totū compositū quo creato dicitur creati essentia et esse eius. et quod totū immediate procedit a deo. Non solum plura sunt per numerum: sed et plura sunt per diuisionē. processerunt a deo immediate. esse enim et essentia sunt in eodem supposito numero. ipsa tamen habent distinctionē et diuisionē ad inuicē. habito quomodo cogimur ponere plura processisse a deo immediate. uolumus dare modum et viam quod sit possibile quod dupliciter declarabim<sup>o</sup>. Primo ex intellectu dei. Secundo ex eē eius. ¶ Prima via sic patet. Imaginabimur enim quod deus sit quoddam pelagus infinite bonitatis et infinite perfectionis. oēs autē creature sunt quedam participatioes eē eius et bonitatis ipsius. de quo

esse et de qua bonitate non sunt due creature participantes eodē modo. Sic enim se habet eē dei ad uarias creaturas sicut infinita aqua ad diuersas ampullas. siquidem infinita aqua poneret<sup>o</sup>: et de illa aqua implerent<sup>o</sup> diuerse ampulle: quelibet ampulla secundum capacitatem suam recipet de aqua illa. nulla tamen aqua illa comprehendere. imo nec oēs simul possent aquam illam totaliter capere. sic quelibet creatura participat diuini eē. nulla tamen nec oēs simul illud eē totaliter comprehendunt: cū eē illud sit infinitum pelagus: et quelibet creatura sit ceteris limitibus circumscripta. oēs ergo creature participat illud eē. et sunt alie et alie. sic alio et alio modo participat illud eē. itaque per suū intellectū uidet se sic participabile a creaturis. et ut uidet essentiam suam participabilem hoc modo ab hac creatura. hoc modo ab illa. illa essentia est propria ratio et propria exemplum et propria idea illi creature. putat uero uidet illam eandem essentiam participabilem alio modo ab alia creatura illa eandem essentiam participabilem alio modo ab altera creature. quot sunt igitur producibilia a primo tot sunt. per rationes pro ducedorum in ipso. diuersa enim alij et alij rationibus sunt producta et singula propria rationibus sunt producta. unde aug<sup>o</sup>. 83. q. qōne de ideis ait. nec eadez rōne hominē qua equū eē productū. absurdū est estimari et subdit. singula igitur propria sunt creatura rationibus. qui enim hoc uidet et de facili uidere potest quod ab eodēz modo possunt immediate plura procedere. Imaginabimur quidem quod oia comparant ad deū quasi artificialia ad artificē. ipse oium est artifex. omnē huius uirtutē quod non solum theologia: sed etiam philosophia clamat. unde et commentator sup. 12. meta<sup>ca</sup>. dicit quod oia que hic agunt proueniunt ab una arte principali que est ipsi dei. Sicut enim in agentibus per naturam ubi est nā frigidū productū frigidū ubi nā calidū productū calidū. et si in uno eodē agente eēt nā frigidū et calidū. unū et idē agens infrigidaret et calefaceret. sed non sunt unū et eadē naturam. sic in agentibus per intellectū et per rationem: ubi est ratio huius. producit hoc. ut illius illud. et si in uno et eodē agente eēt ratio huius et illius unū et idē produceret hoc et illud. sed non per unū et eadē rationes. Cū igitur non repugnet diue simplicitati habere in se infinitas rationes rerū. imo quod ex ipsa simplicitate diua sumit infinitas rationes in ipsa poterit de per rationes illas que sunt ex plaria factiua rerum illa per se producere. quorum in se ipso per se rationes habet. Sicut ergo ipse per seipsum est ratio omnium. et distincta et propria ratio uniuscuiusque. Ita ipse per seipsum potest producere oia. nec in producendo ea indiget alijs agentibus. imo potest omnia immediate per seipsum producere. ¶ Secunda via ad hoc idem sumit ex eē eius. uidemus enim quod res sicut se habet ad esse sic se habet ad agere. ut quod habet eē frigidū infrigidat. quod eē calidū calefacit. et si unū et idē habet esse frigidū et calidū. unū et idem per se infrigidaret et calefaceret. quelibet ergo res sicut habet eē ita agit. Igitur si reperiret aliqua res cui competere oēs esse ei competere oēs agere. quod tale est esse diuini: quod in illo eē referuat oēs eē. eo quod oēs perfectiones oium generant referunt in ipso: ut tam philosophi quam theologi profitentur sicut deo competat oēs esse. ita oportet quod ei competat omne agere. quicquid ergo potest agere deus mediante alijs agentibus totū potest agere per seipsum. quod esse et perfectiones oium agentium referunt in ipso. Nam si aliquod agens potest aliquid mediante igne quod non potest sine igne hoc: quod ignis habet aliquod esse: ut puta eē calidū quod esse deficit illi agentis. sed deus qui habet oēs esse et potest oēs agere: nec ad producendum oportet quod indigeat aliquo agente. Sed oia potest per seipsum immediate producere. Cū enim ei competat oēs esse ipse potest ime-

**Sexto postquam** dubitauimus. Utrum creatura cooperate deo in operatione nec et quesiuimus quomodo cooperate ei, et utrum cooperate producendo effectum in eo quod ens, dubitabimus de cooperatione in opere creationis et erit quod: utrum creatura possit cooperari deo in tali opere, et quod non potest hoc creatura de se, erit quod utrum deus possit ei hoc coiccare, et uideat quod sic: quod deus potest quicquid contradictionem non implicat. Si ergo deus hoc non potest coiccare, uel hoc est ex parte sua: quod non potest hoc dare, uel ex parte creature: quod non potest hoc recipere, non ex parte dei ut patet; nec est ex parte creature: quod si hec creatura non potest facere hoc non nisi quia hoc faciendo ageret ultra suam spem, sed non est inueniens quod aliquid in uirtute alterius agat ultra suam spem, ergo creatura in uirtute dei poterit agere create uel poterit cooperari deo in opere creationis. **Ad 1<sup>m</sup>** plus est habere operationem pertinentem ad diuinam essentiam quam habere operationem pertinentem ad quicquid esse totam et ad omnes partes eius, sed hoc potest coicari creature ut uideat ipsam diuinam essentiam, ergo poterit ei coicari quod producat rem totam et omnes partes eius, sed hoc est creare: quod et. **Ad 2<sup>m</sup>** dicebat quod hoc non potest coicari creature quod producat aliquid ex nihilo: quod est ibi distantia infinita. **Contra**, ista infinitas non est positua ut intelligamur quod deus faciendo ex nihilo aliquid quod incipiat a nihil et pcedat donec sit aliquid aliquid, sed ista distantia est negatiua, infinitas autem negatiue potest coicari creature: ergo et. **Ad 3<sup>m</sup>** deus est quoddam pelagus infinitum continens in se omnes rationes diuinum, et secundum aliam et aliam rationem facit alias et alias creaturam, ergo non facit aliquam creaturam secundum eam rationem, sed secundum aliquam specialem rationem causat hanc creaturam, et secundum aliam rationem creat aliam, sed hanc creatura non possit habere in se omnium rationem tamen non est inconueniens eam habere in se hanc rationem uel illam, ergo hanc creatura non possit cooperari deo in productione diuinum rerum: non est tamen inconueniens quod cooperate ei in productione huius rei uel illius. **Ad 4<sup>m</sup>** deus et nihil sume distant, ergo materia que est ualde prope nihil et angelus supremus qui est ualde propinquus deo proportionaliter distant, ergo sicut materia se habet ad potentiam passiuam que est prope nihil: ita angelus supremus: quod est prope deum qui est actus purus se habebit ad potentiam actiuam, sed materia habet infinitam potentiam passiuam, ergo ille supremus angelus habebit infinitam potentiam actiuam: ergo poterit creare. **Ad 5<sup>m</sup>** inter deum et nihil est distantia infinita, sed inter creaturam et nihil cum sit malior distantia inter eas et nihil quam inter deum et nihil non est distantia infinita, non ergo requirit potentia infinita facere ex nihilo aliquid, **Ad 6<sup>m</sup>** posse durare in tempore in finito est habere potentiam infinitam, sed potest coicari create quod duret in tempore infinito, ergo potest ei coicari potentia infinita, et per consequens potentia creandi. **Ad 7<sup>m</sup>** uniuersum quod agit per suam formam, ergo qualis est forma talis est actio, si forma rei requirit aliquid in quo recipiat et actio eius requirit aliquid in quo possit recipi, sed sunt multe forme per se stantes: ut intelligentie non indigentes materia in qua recipiatur, ergo nec actio illarum formarum indiget materia in qua recipiatur, ergo poterit agere absque suppositione materie, **Ad 8<sup>m</sup>** creatura potest facere ex aliquo nihil: quod potest adijcere a gratia et annihilare eas, ergo pari ratione

## De esse et essentia

poterit facere ex nihilo aliquid: quod pari potest esse facere ex alio nihil et e converso. **C. P.** sic sacramenta per legem efficiunt et figurant. ergo causant gratias. sed gratia creatur ex nihilo: ergo etc. **C. P.** quod potest in antecedens potest in consequens. sed natura potest in antecedens ad animam intellectivam et sacramenta ad gratiam. et per consequens tam natura quam sacramenta creabunt. **C. P.** causatur non est infinitum. ergo creatio non est infinita. ergo creatura poterit creare sed non habet potentiam infinitam. **C.** In contrarium est quod nihil et aliquid distat in infinitum. Nam non ens ad ens non est aliqua proportio. creare igitur requirit potentiam infinitam. sed hoc non potest coicari creature: ergo etc. **C. P.** honor laetitia non potest coicari creature. ergo nec potentia creandi: quod creatori ratione creationis debetur honor laetitia. **C. P.** sicut Augustinus 3<sup>o</sup> de trinitate. c. 2<sup>o</sup>. factus non est et bonos angelos putare creatores. sed si nefas est bonos angelos putare creatores. multo magis hoc est nefas de aliis creaturis: ergo etc.

**Respondeo** dicendum: quod triplici via inuestigare possumus quod agentibus creatis non possit coicari talis potentia. Nam in his agentibus est tria considerare. videlicet virtutem per quam agunt. potentiam passivam quam ut patebit de necessitate presupponunt. et ordinem quem habent ad invicem ad causam primam. **C.** Prima ergo via sumit ex parte ipsius virtutis secundorum agentium. dixerunt enim quidam quod causa propter quam potentia creandi non potest coicari creature. est quod actio creature est accidens. actio dei est substantia: quod deus est suus agere: creatura vero non. Ideo dixerunt isti quod substantia non indiget aliquo in quo recipiat. ideo actio dei que est substantia sua nihil presupponit nec indiget aliquo in quo recipiat. sed actio creature que est accidens de necessitate indiget aliquo in quo recipiat. et quod creare est nihil presupponere potentia creandi creature coicari non potest. Sed hec ratio quantum intelligo non concludit. Nam actio dei que est sua substantia est actio non transiens in exteriorem materiam. actio autem que non transit in exteriorem materiam si exteriori materiam non requirit nihil impossibile inde contingit. Sed si nellemus sic accipere rationem creature pro actione non transiente in exteriorem materiam quantum ad propositum spectat quodammodo simile de deo et de creatura: quod sicut actio dei non transiens non presupponit aliquid exterius in quo recipiat. sed est in ipso deo agente huius actionem. sic actio creature non transiens non presupponit aliquid exterius in quo recipiat. sed est ipsa creatura agente actionem illam. Ergo si ex hoc quod in deo nihil est per accidens. ut vult Augustinus 5<sup>o</sup> de trinitate. in creatura vero qualibet est aliquid per accidens. si volumus elucidare quod querimus incedemus alia via comparantes virtutem dei ad virtutes creature. et hec via erit magis per se: quod de ipsa virtute et de ipsa potentia est quod mota. Dicemus enim quod quod virtus dei est ipsa substantia immediate potest deus in productionem sube rei. et ideo potest deus totum immediate producere: quod producendo immediate substantiam producet et alia que ad substantiam consequuntur. creatura autem non sic. Nam virtus creature est accidens. ideo nunquam creatura potest immediate in productionem sube. Cum ergo creatura aliquid operatur: ut puta cum ignis agit incipit prius ab accidente et prius inducit formam accidentalem in materia quam substantialem. Nam sicut commentatorem in 2<sup>o</sup> metaphisicorum. forma substantialis non potest esse immediatum principium operationis. potentia ergo activa creature est accidens non substantia. ut potentia activa ignis. non est nisi calor: sicut eundem commentatorem ibidem. si ergo

ignis non habet potentiam actuam nisi calorem. immediate effectus eius erit calefacere ita quod primo calefaciet et inducet in materia formam accidentalem ut calorem postea inducet in tali accidentali forma inducet substantialem ita quod in omni actione creature ante generationem precedit alteratio et ante inductionem substantialem forme precedit inductio accidentalis. et quod hoc non solum est in igne. sed est quid per se et quid generale in omni creatura quod virtus eius et potentia activa ipsius est accidens agens creatum non potest sibi assimilare passum primum ad formam substantialem: nisi prius assimilet sibi primum ad accidentalem. Si ergo volumus bene imaginari quod distat operatio dei ab operatione nature et cuiuslibet creature ponemus quoddam grossum exemplum quod ut spectat ad propositum nullam caliditatem habet. imaginemur ergo duos edificatores quorum unus faciet domum incipiens a fundamento. alius vero incipiet quod domum destruat ad hoc quod domum faciat. in tali enim edificatione erit generatio domus sine corruptione domus. sed qui vellet incipere a tecto ut prius faceret tectum postea partem. cum tectum presupponat parietem. sic edificans si vellet facere domum oporteret quod destrueret aliam domum: ut quod tolleret tectum a domo iam facta et faceret aliud tectum et tolleret parietem et faceret aliam parietem nam tectum non posset fieri nisi super parietem. edificator ergo incipiens facere domum a tecto presupponit aliquid parietem super quem facit tectum. nunquam ergo iste faceret domum nisi destrueret aliam domum. erit ergo in talibus semper generatio domus ex corruptione domus: et quia agens creatum ut dictum est nunquam incipit a substantia que est fundamentum aliorum sed incipit ab accidente. et quod accidens semper requirit substantiam in qua recipiat non potest agere nisi presupposito aliquo in quo recipiat actio eius. semper ergo sic agit creatura quod incipiens ab accidentibus inducit unum accidens tollendo aliud et inducit unam formam accidentalem tollendo aliam. nunquam ergo generat nisi corrumpendo nec corrumpit nisi generando. semper ergo generatio presupponit rem corruptam et corruptio terminat ad rem generatam: ita quod nunquam potest facere ex nihilo aliquid nec e converso. deus autem quod potest immediate in productione sube eo quod non agat per virtutem que sit accidens: sed per virtutes que est substantia producendo substantiam poterit producere totum: quod poterit producere omnia alia que ad substantiam consequuntur. poterit itaque producere unam rem sine corruptione alterius et poterit agere. nullo presupposito. sic etiam quia tollendo substantiam tollit totum poterit rem annihilare et poterit unam rem corrumpere absque eo quod aliam rem generet. Cum ergo queritur. utrum potentia creandi possit coicari creature. dicitur potest quod cum non possit ei coicari quod agat per virtutem que sit substantia non poterit ei coicari quod possit immediate in productione substantiam. et per consequens non poterit coicari quod possit agere nullo presupposito. **C.** Secunda via ad inuestigandum hoc idem sumit ex potentia passiva quam de necessitate presupponit actio creature. Imaginabimur enim quod esse creatum est ens et est tale ens et est tale ens hoc signatum. ut id quod ab igne causat est ens et est tale ens: quod est ignis. et est tale ens hic signatum quia est hic ignis. et ideo ignis generatus sit omnia ista: tamen ab alio habet quod sit ens et ab alio quod sit ignis. et ab alio quod sit hic ignis. quod sit ens habet a primo agente. quod sit ignis habet ab igne generante. et quod sit hic ignis habet a materia signata in qua recipitur forma ignis. ignis ergo generans et quodlibet agens na-

rurale est quoddam agens medium inter agens diu-  
 nus z nām. z ideo agens naturale producit effectum  
 sub esse medio: z quia esse speciale est eē mediū inter  
 esse generale z esse signatus. ideo effectus ut pducit  
 ab agente naturali producit sub eē speciali non sub  
 esse generali nec sub eē signato. Dicebatur enī supra  
 q̄ si ignis generaret ignem sine materia. ita generaret  
 ignem q̄ non generaret hunc ignem. non enim habet  
 ignis genitus ab igne generate q̄ sit hic ignis. s; hoc  
 habet a materia signata in qua recipitur. Ignis enim  
 generat ignem per formā suā. sed generat hunc ignem  
 per mās in qua agit. Ideo si ignis uel quodcūq; agēs  
 naturale posset agere nō ex presuppositione materie  
 produceret effectū vniuersalem absq; eo q̄ haberet  
 esse signatū. z qz hoc est impossibile z implicat tra-  
 dictionē cū vniuersalia non possint per se existere. ut  
 probatur in 7<sup>o</sup> meta<sup>cc</sup>. potētia creandi que est agere  
 nō ex suppone materie agentī creatio coicari nō po-  
 test. Dicemus ergo q̄ in istis effectibus quos videm<sup>9</sup>  
 materia dat eis esse signatū. q̄ si uolumus in cām effi-  
 cientem reducere hanc signationē reducemus eaz in  
 ipsum deum qui producit mām. ignis ergo z qdōcūq;  
 agens naturale in suo effectū presupponit actionē dei  
 z presupponit mām. Nam si ignis produceret aliqū  
 effectum nō presupposita actione diuina effectus ille  
 esset. sed non esset ens ut patet ex qōne precedentī.  
 ¶ Rursus si ignis posset producere aliquid sine sup-  
 positione materie effectus ille esset ignis. sed nō eēt  
 hic ignis. z qz utriq; est ipossibile. ideo qōlibet agēs  
 creatū in omni actione sua presupponit actionem dei  
 z potentiam passiuam in qua recipiatur actio eius. id  
 naturali agente coicari non poterit creandi potētia.  
 ¶ Tertia via ad hoc idem sumitur ex ordine agen-  
 tium. Nam creatio ut patebit in qōne sequenti nō est  
 motus nec mutatio. sed est simplex defluxus rerum a  
 deo. z simplex productio ad esse. imo ut patebit: ipsa  
 creatio est idem realiter q̄ eē creature. illius ergo est  
 creare cuius est per se facere z imediate eē dare. z qz  
 hoc est solius dei qui est agens primus. sicut non pot  
 creature q̄ sit agens p̄mus. z q̄ per se z imediate det  
 esse. sic nec poterit ei communicari q̄ possit aliquid  
 per creationem producere.

**Ad primum** dicēdū: q̄ potest cōmunicari  
 agentī instrumentali q̄ in vir-  
 tute alterius agat ultra suam spēm. cum non potest ei  
 coicari q̄ ultra suam spēm agat z tamē nō agat ut in-  
 strumentū: qz hoc implicaret contradictionem. sed si  
 creature posset coicari potētia creandi coicaretur ei  
 q̄ nō ageret ut instrumentum. qz creatura hoc modo  
 agens ageret actionē primā dantē eē nō p̄supponētē  
 actionem aliam. ergo si agens nō ageret ut instrumē-  
 tum nec in virtute alterius: z tamē ageret ultra suam  
 spēm q̄ oīno cōtradictionem implicat. ¶ Ad 2<sup>m</sup> dicē-  
 dū: q̄ intelligere z videre magis est quoddā pati  
 q̄ quoddā agere. z ideo nō est simile q̄ si coicaretur  
 creature visio diuine essentia q̄ possit ei coicari potē-  
 tia creādī. uel possum<sup>9</sup> dicere q̄ in visione diuine es-  
 sentie presupponitur diuina essentia eē ad quā termi-  
 netur nostra visio. sed in productioe creature nō pre-  
 supponitur aliquid esse ad qdō terminetur actio crean-  
 dī. z qz habere actionem non presupponentē aliquid  
 est proprium agentis primī. quia oīno repugnat p̄mo  
 modo oīno repugnat ei q̄ possit coicare. non tamen  
 sic repugnat sibi q̄ possit deum videre. ¶ Ad 3<sup>m</sup> dicē-  
 dū: q̄ infinitas negatiua potētie: si sumat passi-  
 ue potest aliquo modo coicari creature. s; quē mo-

dum loquendi dicimus q̄ potentia materie est poten-  
 tia infinita. i. non terminata z non finita per formam.  
 vna enim z eadē forma nō pot finire z terminare to-  
 tā potētia mae. loquēdo de mā actiuoz z passiuoz.  
 z idō cū materia est cōiuncta vni forme semp est p̄iuncta  
 p̄iuationi alterius. sed actiua potētia infinita etiam  
 negatiue creature coicari non potest: quia ipse actus  
 non potest dici infinitus q̄ debeat finiri per aliud. sic  
 materia dicitur infinita. sed sicut actus dicitur infinitus  
 hoc est quia nō determinatur ad specialem modum  
 actionis. sed habet oēm modum agendi quare crea-  
 ture cōmunicari nō potest. ¶ Ad 4<sup>m</sup> dicendum: q̄  
 quātum ad p̄sena spectat creatura dupliciter a deo  
 distat. primo quia nō potest habere in se omnes perfe-  
 ctiones sicut habet deus. scdo quia illas perfectiones  
 quas habet nō habet ita nobiles nec in tantam excel-  
 lentiam sicut deus. ideo creatura nō potest habere re-  
 lationes oīuz producendoz sicut habet deus. Rursus  
 dato q̄ habeat in se rōnem producendī aliquid: illa  
 ratio nō erit in tanta actualitate nec in tanta excellē-  
 tia. imo erit ualde deficiens a ratione que est imediate  
 dei: ideo quodcūq; deus s; hanc rōnez producat  
 hoc ens z s; aliam aliud nunq̄ tamē poterit coica-  
 ri creature q̄ creet aliquid ens: quia illa ratio sic spe-  
 cialiter sumpta per quā pducitur hec specialis crea-  
 tura nō poterit in aliquo agente creato esse tante ex-  
 cellentie q̄ possit agere nullo presupposito sicut po-  
 test deus. ¶ Ad 5<sup>m</sup> dicendum: q̄ deus z nihil lumme  
 distat loquendo de distantia s; apprehensionem in  
 intellectus: quia inter nihil z aliud realis distātia z rea-  
 lis ordo esse non potest. qd̄ vō postea additū q̄ su-  
 premus angelus z materia prima p̄portionaliter di-  
 stant: quia ille prope deuz illa prope nihil. Ideo sicut  
 illa habet interminatā potētia passiuē. sic ille habet  
 uel habere potest actiue. dici potest q̄ non est simile  
 de pura materia respectu nihil z de supremo ange-  
 lo respectu dei: quia materia ita est prope nihil q̄ nō  
 posset esse magis prope. nec posset fieri aliqua crea-  
 tura que esset media inter materiam z nihil. sed ange-  
 lus supremus nō est ita prope deum quin posset crea-  
 ri aliū angelus propinquior deo. uel possumus dice-  
 re q̄ si concedatur qd̄ dicitur non haberetur intētum.  
 Nam nō plus arguit argumentū nisi q̄ potest coica-  
 ri angelo supremo q̄ habeat tantā potētiā actiua  
 quātam habet materia potētiā passiuam quo po-  
 sito posset non simul: quia hoc implicaret cōtradictio-  
 nem s; successiue educere de materia omnes formas  
 ad quas esset in potētia quo concessio non p̄pter hoc  
 haberetur q̄ haberet potētiā creādī. ¶ Ad 6<sup>m</sup> dicē-  
 dū: q̄ inter deū z nihil est distātia infinita z iter crea-  
 turam z nihil est distātia infinita. z quia arguitur q̄  
 illa est maior distātia q̄ ista. ergo si illa est infinita ista  
 non erit infinita. dici debet q̄ inter nihil z deū est di-  
 stātia infinita ex utraq; parte: quia nihil potest esse  
 intra nihil z nihil supra deum. Sed inter nihil z crea-  
 turam est distātia infinita ex altera parte tm̄: qz lz ni-  
 hil possit intelligi infra nihil potest tamen intelligi z  
 est aliquid supra creaturam. utraq; ergo distātia est  
 infinita. sed illa est pluribus modis infinita q̄ ista: z  
 quia potētia creature nō potest se extēdere ad nullāz  
 distātiā infinitā potētia creandi creature coica-  
 ri non poterit. ¶ Ad 7<sup>m</sup> dicendum: q̄ potētia dur-  
 randi in infinitū potest intelligi duob<sup>9</sup> modis. uel po-  
 sitiuē uel negatiuē. positiuē potētiā durandi habe-  
 ret infinitā. si quid compositum ex contrariis nihil  
 habens contrariū per virtutem in se existētē posset

## De esse z essentia

durare in infinitū. sicut videmus q̄ anima habet virtutem continēdi corpus qd̄ est ex contrarijs compositum. sed negatiue habet creatura durādi potētiam in infinitum quādo subtractū est ab ea illud qd̄ eēt corruptiōis enim: urputa si nō haberet mām per quā res potest eē z non esse. uel si non esset composita ex contrarijs z nō haberet cōtrarietate quo posito posset durare in infinitū. sed nō propter hoc haberet potentiam infinitā. quare si cōmunicatū est creature q̄ possit sic durare in infinitū. non propter hoc potest ei coicari potentia infinita. ¶ Ad 8<sup>m</sup> dicendum: q̄ lz alique creature habeant mām non receptam in materia. tamē nulla est creatura que nō habeat eē receptū in materia. Nam et̄ intelligentia habet suū yleachim i. suum materiale. habet enī naturā in qua recipitur esse. ideo in ea natura est quid materiale respectu eē z eē est quid formale respectu nature: z q̄ nō coiter ponitur sic loquēdū est de agere ut loquimur de esse. sicut quodlibet eē creatū requirit aliquid in quo recipiatur. ita quelibet actio creature requirit aliquid in quo possit recipi. ¶ Ad 9<sup>m</sup> dicendum: q̄ creatura nō potest facere ex aliquo directe: pōt tamē indirecte. q̄ pōt facere aliqd̄ quo facto aliqd̄ est in ea qd̄ annihilat: ut pōt se aduerrere a deo z pōt peccare qua peccate annihilat grā que est in ipa. sic etiā indirecte pōt facere ex nihilo aliqd̄: q̄ potest facere aliquid quo facto aliqd̄: producit ex nihilo ut potest disponere sufficienter corpus ad animā intellectusā quo disposito infunditur anima ibi. ¶ Ad 10<sup>m</sup> dicendum: q̄ solutio per iam dicta patet. Nam sacramēta efficiūt q̄ figurant non q̄ directe causant. sed cānt aliq̄ ornatum in animo quo causato nisi prebeam<sup>9</sup> obicem infundit nobis gratia. Imaginabimur enī q̄ fantasia tam in virtute superioris actiui ut in virtute intellect<sup>9</sup> agentis possunt mouere intellectū possibilem. Non obstante q̄ fantasia est virtus in corpore. intellect<sup>9</sup> vō possibile nec est corpus nec virtus in corpore. sic sacramēta in virtute superioris actiui ut in virtute diuina aliquid efficiunt in animā. Non obstante q̄ sacramenta sūt quid corporale. anima vō quid spirituale. Indirecte ergo sacramēta cānt grām. ¶ Ad 11<sup>m</sup> dicendum: q̄ antecedēs z psequens possunt se dupliciter habere. primo q̄ dicāt idem per essentia. sicut homo z animal in homine. z tūc qd̄ potest in antecedens directe potest in psequens: ut qd̄ potest in productionē hominis pōt in productionē aīalis: ut reseruat in homine. aliquādo vō antecedēs z psequens nō sunt idē per essentia: sed s̄ consecutionē tm̄: ut aperitio fenestre z illuminatio domus. tūc q̄ potest directe in aīis non oportet q̄ possit directe in consequēs. Nam homo potest directe in hunc effectum qui est aperire fenestram: nō tamē potest directe in illuminatione domus. Sed directe habet effectū efficere natura ipsi<sup>9</sup> solis. ¶ Ad 12<sup>m</sup> dicendum: q̄ creatura est finita z creatio est finita quātum est ex parte termini ad quē. S̄ est infinita ex parte termini a quo z ideo creatura in hunc effectum qui est creatio nō potest propter infinitatem quā includit talis effectus.

**S**eptimo queritur **Utrum** creatio substantie creature sit idē q̄ esse eius. z videt q̄ nō: q̄ nō est idem terminus cū eo cuius est terminus. sed terminus creationis est eē. ergo non est idē q̄ ipsum esse. ¶ s̄. si idem esset creatio q̄ eē tūc quicquid posset ad esse posset creare. sed agentia secunda

possunt ad esse z possunt cāre esse. ergo possent creare aliquā creaturā sicut possunt creare aliquod eē cuius contrariū superius probabat. ¶ s̄. dicebat q̄ creatio actio est in creatore. creatio actio passio est in creatura. cōtra s̄m p̄m in 3<sup>o</sup> phis̄. actio nō est in agente z passio in passio. sed actio z passio sunt in passio mot<sup>9</sup> z sunt vnus z idem. ergo creatio actio nō erit in creatore z creatio passio in creatura. s̄ utriūq̄ erit in creatura. ¶ s̄. arguebatur ad p̄ncipale sic. nō creatur solum esse nec solum essentia. sed creat totū. ergo creatio nō dicit esse tm̄ nec essentia. sed dicit totū. ¶ s̄. creatio est quedam actio. sed agere z eē distinguūt q̄ creatio z eē sunt distincta z differūt. ¶ s̄. creatio actio nihil ponit in deo nisi s̄m rōnē. s̄ creatio passio nihil ponit in creatura nisi s̄m rōnem. ergo non erit idem creatio q̄ eē: q̄ eē dicit rem aliquā nō rōnē tm̄. ¶ s̄. creatio est in instanti sed esse durat. ergo z stat sed non est idē q̄ est in instanti z q̄ durat z stat: ergo non est idē creatio q̄ esse. si enim idē eē creatio angeli q̄ suū esse cum angelo semper z semp sit. semper z semper crearet qd̄ nullus diceret. ¶ s̄. ipm eē creature crearetur. argueatur ergo sic. ipsuz eē creature est qd̄ creatur: ipsa creatio est quo creatur. sed nō est qd̄ creatur z quo creat: ergo zc. ¶ s̄. fieri nō est factū esse. ergo creari nō est creatum esse. z per consequēs creatio nō est idem q̄ eē. ¶ s̄. que dissonāt tēpore nō sunt idem. ut nutriri non est idem q̄ augeri: quia dissonant tēpore. Nam aīalla serp nutrunt nō semper augentur. ergo creatio z eē non sunt idem q̄ dissonant tempore. Nam res q̄ diu durant semper sunt. ¶ s̄. quātūcūq̄ mutatio sit in instanti: nō tamē est idem mutari z mutatur eē z esse in eo q̄ mutatur ut potest haberi ex 6<sup>o</sup> phis̄. ergo quātūcūq̄ creatio sit in instanti nō erit idem creati z creatuz eē: siue eē nullo existere eē qd̄ per creationē acquisiuit. ergo creatio nō est idem q̄ esse. ¶ s̄. creatio dicit maximā distantiam: q̄ dicit distantia ante eē ad esse. sed maxima distantia dicit maximā mutationem. ergo creatio rōne maxime distat dicit maximā mutationem. sed cum nulla mutatio z nihil qd̄ dicit mutationē est idē q̄ esse: ergo zc. ¶ In 3<sup>o</sup> est: q̄ maxime res subsistit per esse. z maxime subsistit per creationē z hec conuertunt. Nam ideo res creata est quia habet esse. z ideo habet eē quia est creata. ergo idem erit creatio z esse. ¶ s̄. si dealbatio nō est ipa albedo que dealbationem inducit. hoc est quia dealbatio sit successiue. sed si dealbatio esset tota simul. idem eēt dealbatio z albedo que per dealbationē inducitur. cū ergo creatio fiat tota simul idem erit creatio z esse qd̄ per creationē inducitur. ¶ s̄. motus ad formā est in cōpleta forma uel est dispositio ad formā. qd̄ ideo contingit: q̄ omnē modū per qd̄ motus introducitur p̄m est in termino a quo z partim in termino ad quē. motus ergo si diceret totum illud ac. quod mouetur diceret ipsam formam z totam formā. ergo q̄ creatio dicit totū illud ad qd̄ terminatur creatio: dicit ipsuz esse z totum esse.

**R**espondeo dicendum: q̄ cū loquimur de creatioe. cū creatio sit quedā actio dei. ne laboremus in equiuoco. oportet nos de ipsa actione distinguere. dicemus enim ut vult phis̄ in 9<sup>o</sup> meta<sup>9</sup> q̄ duplex est actio. quedam transiens in exteriorem mām que est perfectio operati: z quedā manens in agente que est perfectio operantis. Hanc autem distinctionem adaptare possumus ad actionē



artis nature et dei. Videmus enim quod duplex est actio artis. vna est considerare de artificiato. alia est producere et creare illud. ut artis edificatiue duplex est actio. vna est considerare de edificio. alia est edificare illud. Ipsa enim consideratio non est in re considerata sed est in considerante: et manet in artifice. sed ipsa edificatio est in edificio et transit in exteriorem materiam. Hec autem due actiones sic se habent quod vna dependet ex alia et vna presupponit aliam. Nam in arte actio transiens presupponit actionem non transeuntem et sine illa esse non potest. Sed si hanc distinctionem volumus adaptare ad naturam. oportet nos extendere nomen actionis. Nam si uellemus actionem proprie sumere nullum agens naturale siue nullum corpus habet actionem non transeuntem: quia non habet actionem ad se conuersiuam ut proculus probat. sed si uolumus accipere actionem large pro ipsa perfectione et actu. dicemus quod ignis calet et calefacit et ab eadem forma caloris conuenit sibi calere et calefacere. sed ipsum calere est perfectio manens in igne calefaciente. sed calefacere est perfectio transiens in exteriorem materiam. ut in rem calefactam. Possumus etiam hanc eandem distinctionem adaptare ad actionem diuinam. sed cum dicimus quod est actio diuina manens et in agente est actio transiens in exteriorem materiam. oportet ibi quod exterior materia accipiatur large pro omni exteriori substantia. Nam actio diuina se extendit ad omnia creata non solum materialia sed etiam ad omnia immaterialia. Dicemus ergo quod quedam est actio diuina manens in agente et hoc est ipsum intelligere diuinum et ipsum suum uelle quorum quodlibet est idem quod ipsum diuinum esse. Alia est actio diuina transiens in exteriorem materiam et ista est ipsa creatio. Per quamlibet autem istarum actionum producuntur aliqua. ut per actionem diuinam non transeuntem producuntur persone. ut pater intelligendo producit filium. pater autem et filius diligendo se producit ipsum sanctum. per actionem uero transeuntem producuntur creature. Si ergo questio esset de actione non transeunte plana esset responsio quod est huiusmodi actio: quia actio diuina non transiens est ipse deus. ipsa diuina substantia. ipsius diuinum esse. ibi enim intelligere et uelle et cetera talia sunt idem quod esse. Sed quia questio est de creatione que est actio transiens. ideo difficile est videre quid sit huiusmodi actio. Rursus ne iterum laboremus in equiuoco distinguenda est creatio actio. Nam coiter dicitur quod creatio actio est in creatore. creatio passio est in creatura. quod si simpliciter uerum esset nullum esset dubium quid esset creatio actio. quia nihil est in creatore quod non sit ipsa creature essentia. propter quod sciendum quod vno modo ipsum intelligere diuinum: et ipsum uelle dei dicitur creatio actio. non obstante quod ipsa creatio actio sit aliquid transiens in exteriorem materiam. Alio modo creatio actio non est ipsum intelligere diuinum uel ipsum uelle dei. sed est aliquid in creatura receptum. et est idem realiter quod creatio passio. Est enim duplex predicatio. vna calis alia formalis. dicimus enim quod odor est fumalis euaporatio. et dicimus quod odor est qualitas causata et a tali passione. sed prima predicatio est causalis. Nam odor non est ipse fumus euaporans. sed causatur ex uaporatioe fumali. Secunda uero predicatio est formalis. quia odor est formaliter talis qualitas sic creata. sic creatio que est actio transiens potest dupliciter nominari. Nam vno modo dicitur quod talis creatio est ipsum intelligere dei. Alio modo quod est aliquid in creatura receptum. sed prima predicatio est causalis. Nam crea-

tio que est actio transiens non est formaliter ipsum intelligere dei uel ipsum uelle diuinum. sed est illa caliter creatio licet formaliter sit actio transiens causatur tamen ex actione non transeunte. uidelicet ex intelligere dei et ex uelle eius. Secunda uero predicatio est formalis: quia formaliter loquendo ipsa creatio cum sit actio transiens oportet quod sit aliquid in creatura receptum. de hac ergo est questio quid sit huiusmodi creatio. ad quod dicimus quod realiter est ipsum esse creature. si autem addit aliquid supra huiusmodi esse. non addit rem aliam sed respectum quendam. Possumus autem hoc triplici uia uenari. Prima uia sumitur ex eo quod huiusmodi actio comparatur ad exteriores materiam. Secunda uero sumitur ex eo quod huiusmodi actio conuenit cum motu. Tertia uero ex eo quod differt a motu. Prima uia sic patet. Nam actio diuina loquendo de actione per quam constituitur creatura semper requirit aliquid in quo recipiatur. uel aliter huiusmodi actio non esset transiens in exteriorem materiam. et si non esset transiens in aliquid exterius per talem actionem nihil constitueret extra deum. uel nihil produceret aliquid a deo. qui enim sic imaginatur productionem creature nescit eam distinguere a productione persone diuine. semper ergo creatio cum sit actio transiens requirit aliquam exteriorem substantiam in qua recipiatur. non ergo differt creatio diuina ab actione naturali: ut puta ab actione ignis eo quod actio ignis requirit aliquid exterius in quo recipiatur. creatio uero que est actio dei nihil tale requirit. Nam sicut actio ignis requirit exteriorem materiam in qua recipiatur: ita creatio dei ex necessitate requirit aliquam exteriorem materiam in qua possit suscipi. differunt tamen quia materia quam presupponit ignis non est effectus ignis: nec simul producit eum actione ignis. sed presupponit et est prius tempore quod actio ignis. sed exterior substantia in qua recipitur actio dei est effectus dei et simul recipit esse cum actione dei. si uero ignis esset primum agens et sua actio esset calefacere simul calefaciendo produceret ipsum calefactibile in quo susciperet sua calefactio. quatenus ergo ignis esset primum agens sua actio siue sua calefactio: quia esset actio transiens de necessitate requireret aliquod calefactibile et aliquam exteriorem materiam in qua recipere. quatenus ergo ad requirere exteriorem materiam non esset differentia inter calefactionem ignis si ponatur primum agens uel secundum agens. sed ex hoc est differentia assignanda: quia si ponatur primum agens sua calefactio sic requirit exteriorem materiam quod illa exterior materia non est effectus eius: imo est effectus superioris agentis: ut sicut causa presupponit causam. sic effectus presupponit effectum. ut sicut ignis in agendo presupponit superius agens. sic calefacere qui est effectus ignis presupponit materiam in qua recipiatur que est effectus agentis primi. Sed si ignis esset primum agens ut dicebatur adhuc non posset calefacere cum calefacere sit actio transiens nisi esset exterior materia in qua transiret talis actio et que suscipere talem actionem. semper ergo calefactio requirit exteriorem materiam quam tamen illa materia ignis non presupponet ab aliquo superiori agente cum ipse sit positus primum agens. Hac ergo hypothesis stare ignis simul calefaciendo produceret calefactibile et simul cum calefactione produceret exteriorem materiam in qua illa calefactio recipitur. ignis ergo calefaciendo produceret calefactionem in calefactibile. et quia positum est quod ignis sit agens primum. quodlibet istorum esset causatum ab igne. ignis ergo crearet et crearet calefactibile sub calefactione et

## De esse et essentia

causaret calefactionem in calefactibili. Sed h<sup>o</sup> ignis totum ageret et totum faceret. non tamen totum esset eius actio sed sua actio esset ipsa calefactio. ipsum vero calefactibile non proprie esset ipsa actio sed esset quod susciperet actionem. Prosequendo igitur hypothese propositam utriusque erit effectus ignis et ipsum calefactibile et ipsa calefactio. aliter tamen et aliter. quia ipsum calefactibile esset effectus ignis in quantum esset actio suscipiens calefactionem. ipsa vero calefactio esset eius effectus in quantum esset actio suscepta in calefactibili. et sicut actio ignis est calefacere et coiccare entibus calorem. sic actio dei est esse facere et coiccare entibus esse. Verum quia deus est agens primus simul coiccando esse producit exteriori substantiam. id est producit essentiam creature in qua suscipit esse totum. ergo deus et essentiam cum esse. et esse cum essentia. Sed quia actio non dicitur de omni eo quod agitur. et de omni eo quod producit et causatur. sed solum dicitur de perfectione et complemento. ut philosophus 9<sup>o</sup> meta<sup>o</sup> ait. quod actio et operatio se habent quasi complementum. et quia esse est complementum essentie h<sup>o</sup> ipsa essentia producat et ipsa essentia creetur. quia in quantum creatur in quantum accipit esse creatio ut actionem dicitur. cum actio importet perfectionem et complementum dicitur de eo quod est complementum et perfectio essentie. et quia hoc est esse nihil aliud creatio nisi quedam esse factio: siue quedam esse datio: siue coiccatio quedam ipsius esse. primum ergo esse creature ut est et communicatum immediate a deo dicitur communicatio esse. et ipsa essentia creatur in quantum et communicat tale esse. Creatio ergo realiter nihil dicitur ultra esse nisi solum respectu ad creatorem. Est ergo diligenter notandum quod deus creat res quod deus conseruat eas secundum rem quasi idem dicimus. unde possumus dicere quod ista sex. videlicet. creatio actio. creatio passio. conseruatio actio. conseruatio passio. terminus creationis. et esse. vni et idem dicuntur sub alia tamen et alia ratione. Sicut enim actio transiens ipsius ignis nihil est aliud quam quedam perfectio recepta in exteriori materia ab ipso igne. sic actio ipsius dei nihil est aliud quam quedam perfectio recepta in exteriori substantia. id est in essentia creature ab ipso deo. Sicut ergo ignis uel aliud agens incubat et primum actionem suam. ita deus incubat et conseruat actionem suam. differenter tamen quia ignis agit actionem suam successiue: quia calefacit ipsius calefactibile. et inducit calefactionem in exteriori materia successiue. sed deus facit hoc totum simul: quia actio ignis est calefacere et coiccare calorem. sed hoc facit ignis successiue: quia illum calorem non inducit ignis in materia totum simul. ideo ipsius ignis est perfecta operatio. sed ignis in agendo de imperfecto ad perfectum tendit. Nam tandem successiue transmutat materiam donec secundum possibilitatem recipientis communicat sibi calorem suum. sed actio ipsius dei est esse facere siue est inducere esse uel esse coiccare ipsum esse. hoc autem non facit successiue. ut quod faciat partem prius partem uel quod prius disponat essentia et postea inducatur esse: sed totum facit simul et in instanti. ipsum ergo esse in illa perfectio et ille actus qui requirit siue recipit in essentia creature est a deo: esse ergo creature et actus et actio. actus est ut est perfectio creature. actio vero ut est a deo in creatura. sicut calefactio ignis et est actio et est perfectio calefactibilis. et est actio et operatio ignis calefacientis. Ista autem perfectio que est a deo in essentia creature potest quadrupliciter considerari. primo ut est aliquid in se. secundo ut est quid creatum. quia non semper fuit. tertio ut est quid continuatum: quia non statim deficit. quarto ut est quid indi-

uisibile et instantaneum. instantaneum dico non quantum ad durationem sed quantum ad inductionem. quia h<sup>o</sup> perfectio non est successiue sed inest tota simul inducta. Rursus illa eadem perfectio ut incobata potest dupliciter considerari: uel ut incobata ab alio: uel ut incobata in alio: ut in essentia creature. sic etiam illa perfectio ut continuata potest dupliciter considerari. uel ut continuata ab alio: uel ut continuata in alio. Sex ergo modis considerari poterit. Primo ut est aliquid in se. Secundo ut est incobata ab alio. Tertio ut est incobata in alio. Quarto ut est continuata ab alio. Quinto ut est continuata in alio. Sexto et ultimo ut est inducta in instanti et tota simul illa perfectio que est a deo in essentia creature. si consideretur ut est aliquid in se. sic est ipsum esse creature. si ut incobata ab alio. sic est creatio actio. si ut incobata in alio. sic est creatio passio. si ut continuata ab alio. sic est conseruatio actio. deus enim incobando esse in creatura dicitur eam creare. sed conseruando illud idem esse quod incobauit dicitur eam conseruare. creatio ergo et conseruatio supra ipsum esse creature nihil aliud dicitur nisi respectum ad creatorem. aliter tamen et aliter quia illud idem esse creature ut respicit deum incobantem est creatio: sed ut respicit deum conseruantem ipsum est conseruatio. conseruatio ergo actio est esse creature ut est continuatum ab alio. sed conseruatio passio est illud idem esse ut est continuatum in alio. Ultimo si consideretur illa perfectio ut est inducta in instanti et tota simul sic est creationis terminus. ita quod idem est creatio et creationis terminus. dicimus enim quod aliud est calefactio et calor: quia calefactio est via in calorem. calor vero est terminus calefactionis. sed si calor introduceret in instanti et non esset ibi aliqua successio nec quantum ad dispositionem nec quantum ad esse. et si calefactio non fieret successiue idem esset calefacere et calefactum esse. et idem ibi esset actio et terminus actionis. et idem esset ibi calefactio que est via in calorem et calor qui est terminus calefactionis. non differret ergo calefactio et calor secundum rem. sed illam eandem perfectionem quam diceret calor ut est aliquid in se diceret calefactio actio ut est in calefaciente. et calefactio passio ut recipitur in calefacto. sic quod esse inducitur totum simul. idem est creatio que via in esse et esse quod est terminus creationis. quia idem est ibi creati et creatum esse: sicut idem est illuminari et illuminatum esse. sicut ergo ipsum illuminari nihil est aliud realiter quam ipsius lumen. sic ipsius creare uel ipsum creati nihil aliud est quam ipsum esse. Dicimus itaque quod creatio est actio transiens in exteriorem materiam. sed oportet quod ibi accipiantur large materia pro omni materiali siue pro omni potentiati. secundum quem modum loquendi intelligentie habent suum yleachim siue suum materiale. Nam ipsa essentia ut est in potentia ad esse nominat quid materiale respectu eius. Ideo loquendo de creatione non dicebamus quod creatio simpliciter esset actio transiens in exteriorem materiam: sed in exteriorem substantiam. nihil enim aliud creare quam incobare esse in tali essentia. ipsius ergo esse se habet ut actio transiens. ipsa vero essentia se habet ut quid materiale recipiens h<sup>o</sup> actionem. Ex hoc autem argue- re possumus differentiam esse et essentie. quia queremus utrum creatio sit actio manens in agente uel sit transiens in aliquid exterius. quod si sic manens arguebatur supra talis actio erit perfectio agentis et per talem actionem nihil constitueret in esse extra deum. si vero sit transiens erit perfectio acti uel producti et requireret aliquid in quo recipiat. et ita erunt ibi duo ipsa perfectio recepta quam uocamus esse: et id quod recipit et perfectio quam uocamus

essentia: et in deo agente et producente idem sit ipse et sua perfectio: quia illam non habet ab alio et non est in potentia ad talem perfectionem. creatura vero accipiens esse et perfectionem ab alio non est ipsa sua perfectio nec ipsum suum esse sed est in potentia ad hanc perfectionem. Si ergo bene intelligeremus quod nunquam productur aliquid quod sit diuisum in natura ab agente ubi per actionem transeuntem in exteriorem substantiam. statim intelligeremus quod in omni tali productione est compositio: quia est ipsa actio transiens uel ipsa perfectio inducta. et est aliquid quod sibi in quo inducit in quo transit talis perfectio. nihil enim inducitur in seipsum. et nihil sui ipsius est receptiuum. uerum quia de hoc specialiter infra quod non mouebimus. uolumus ad presens super hoc silentio transire. Secunda uia ad inuestigandum quod creatio sit ipsum esse creature siue potest ex eo quod creatio conuenit cum motu. habet enim creatio et omnis actio transiens aliquam conuenientiam cum motu. probatur enim de motu in 5<sup>o</sup> phisico. quod motio non est motio et generationis non est generatio. motio enim non est motio nec tanquam terminus nec tanquam subiectum. Motio enim per se non terminatur ad motionem. et motio per se non suscipitur in motione tanquam in subiecto: quia si motio esset motio tanquam terminus uel tanquam subiectum ratio motionis iret in infinitum. et quod dictum est de motione intelligendum est de qualibet actione transeunte. Nam actionis huius non est actio. et complementum non est complementum. actio enim transiens intelligitur esse perfectio et complementum non agentis sed actus. non productoris sed producti. Ista autem perfectio et complementum non suscipitur in perfectione uel in complemento: quia tunc perfectionis esset perfectio et complementum complementum. sed recipitur in aliqua exteriori substantia que est perfectibilis et possibilis ut perficiatur. creatio ergo que est actio transiens intelligitur esse quedam perfectio ipsius exterioris sibi in qua recipitur. sed talis perfectio non est nisi ipsum esse. erit ergo creatio creature realiter idem quod est esse eius. et ut ponamus exemplum sensibile. intelligamus esse quedam calorem separatum qui calor sit primum et perfectum. quo posito omnia entia erunt calida: quia nihil est in quo non referretur in primum agentis primum. ex quo ergo calor ponitur agens primum omnia entia participat calorem. Iustus autem caloris separati actio esset calefacere: uerum quia ponitur esse agens primum simul calefaciendo ut supra tangebatur producit calefactibile. Rursum si ponitur agens perfectum in quolibet calefactibile inducet suum calorem totum simul. actio ergo ipsius caloris esset calefactio et illa calefactio esset perfectus calor. sic et in proposito intelligimus deum esse quoddam esse separatum. cuius actio est dare esse et esse facere. sic actio caloris separati esset coicere calorem et calefacere. Rursum quia deus est agens primum simul dando esse producit essentiam in qua suscipitur esse. sic calor separatus si esset dare talem calorem et esset agens primum simul coicando calorem produceret calefactibile in quo susciperet calor. Amplius quia deus est agens perfectum producendo creaturas que est in potentia ad esse coicatur sibi totum illud esse quod potest creatura recipere. calefactio ergo est incompletus calor: quia per calefactionem non coicatur calor simul secundum totam suam perfectionem. sed si fieret coicatio simul non esset calefactio incompletus calor: nec esset dispositio ad calorem. sed realiter esset idem quod calor sola ratione differens. sic quia per creationem coicatur totum esse simul quod potest creatura recipere non est creatio in completum esse ipsius creature. sed est totum

esse ipsius. nec dispositio ad esse sed est idem quod esse sola ratione differens. quomodo autem differant creatio et creationis terminus et conseruatio et esse supra tertium. ostendentes hec omnia dicere eandem rem sub alia et alia ratione. Tertia uia ad hoc idem sumitur prout creatio differt a motu. diffinitur enim motus in 3<sup>o</sup> phisico. quod est actus entis in potentia secundum quod in potentia. motus enim est actus entis: quia ex quo aliquid mouetur et est in motu. aliquid habet de eo quod mouetur. et aliquid sibi deficit: quia si nihil haberet non moueretur si totum haberet esset completus in motu. ipsum ergo mobile dum mouetur aliquid habet de eo ad quod mouetur: et aliquo caret: prout aliquid habet intelligit ipsum mobile esse aliquid in actu et esse. et per consequens intelligitur esse actus entis. prout uero aliquo caret intelligitur ipsum mobile esse in potentia. duo dicitur motus et dicitur actum ratione acquisiti. et dicitur potentialitate ratione acquirendi. Si queratur quod est formalis in motu dicitur quod formalis est in motu ordo ad id quod restat sibi acquirere quod sit id quod est acquisitum. et quia ratione acquirendi sumitur potentialitas ratione acquisiti sumitur actualitas. huiusmodi dicitur motus et actum et potentialitate admixta. actum formalis dicitur illam potentialitate et illam imperfectionem admixtam quod dicatur ipsum actum. Semper enim motus est respectu habitus. motus ergo erit actus entis in potentia. non ut illud ens est in actu. sed ut est in potentia. mobile enim habet aliquid habeat de actu et aliquid de potentia. motus non erit actus eius ut est in actu sed ut est in potentia. sic ergo diffinitur motus quod est actus entis in potentia ut est in potentia. sed cum creatio etiam sit quidam actus. si uolumus diffinire creationem omnino diffiniamus eam differenter a motu. dicemus quidem quod creatio est actus entis in actu secundum quod est in actu. creatio quidem non presupponit temporis possibilitatem ex parte passivi. sed in creatione tota ratio facta est potentia facientis. ipsum ergo quod creatur non habet aliquid de eo quod acquiritur per creationem et aliquid non. sed totum habet simul et ideo non est in actu et in potentia secundum quod habet. sed est in actu tantum. Creatio ergo non erit actus entis in potentia ut est potentia. sed actus entis in actu ut est in actu. et quia actus entis in actu ut est in actu est ipsum esse: quia in actu aliquid est actu in quantum est. creatio realiter erit idem quod ipsum esse. Aduertendum tamen quod multoties inuenimus et nos ipsi diximus quod creatio est relatio et respectus quidam. utriusque autem suo modo ueritatem habet. Nam creatio potest mihi dicere ipsum esse et ipsam relationem fundatam in esse. sic enim dicemus de creatione respectu esse et respectu relationis fundate in esse. sicut dicimus de potentia quantum ad materiam et quantum ad respectum fundatum in materia. Inuenimus enim a commentatore super primo phisico quod materia non est idem quod sua potentia: quia materia ut ait est in predicamento substantie. potentia uero in predicamento relationis. Inuenimus etiam ab eodem in de substantia orbis. quod essentialiter est materie esse in potentia. ubi plane inuenit quod essentia materie sit quedam potentia. ideo dicimus quod potentia materie duo potest dicere: quia uel dicit ipsam essentiam materie. uel dicit respectum fundatum in materia. Si autem dicit respectum. sic loquitur de potentia materie commentator in primo phisico. Si uero ut dicit ipsam materiam. sic loquimur de huiusmodi potentia in de substantia orbis. dicemus quidem quod si creatio forma essentialiter est quidam actus. ita materia essentialiter est quedam potentia. et sic potentia materie duo potest dicere. uidelicet ipsam essentiam materie.

## De esse et essentia

et respectu fundatum in huiusmodi essentia. sic creatio duo potest dicere et ipsum esse creature et respectum fundatum in tali esse. Nam ex hoc creatura et respectum fundatum sibi esse a deo. ex qua coactione surgit quidam respectus ipsius creature ad deum. sed huiusmodi respectus nullam rem dicit supra ipsum esse creature sicut ipse respectus fundatus in materia nullam rem dicit supra essentiam materie. ma ergo ut in ea fundatur respectus per quem est in potentia ad formam non dicit aliam rem quam materia sed dicit materiam cum hac conditione et cum hoc modo se habendi ut habet dependentiam ad formam. sic creatio dicit ipsum esse creature in quo fundatur respectus ad creationem. sed esse cum tali respectu non dicit aliam rem quam ipsum esse. sed dicit ipsum esse cum tali conditione et cum tali modo se habendi. ut habet tale dependentiam ad ipsum deum.

### Ad primum

dicendum: quod in successivis et in hijs que non sunt simul non est idem terminus cum eo cuius est terminus. ut forma non est idem quam motus ad formam. non enim dicimus simpliciter motus ad formam sit idem quam forma. sed motus ad formam vel est dispositio ad eam vel est ipsa forma non simpliciter. sed sub esse incompleto. sed si motus fieret totus simul. ut si calefactio fieret tota simul non esset calefactio incompleta calor sed esset ipse calor simpliciter. et idem esset calefactio terminus calefactionis. sic et in proposito idem est creari et creatum esse et terminus creationis. Ad 2<sup>m</sup> dicendum: quod creatio est esse non quocumque modo sed esse incohabitatio in hanc essentiam de qua eentia hactenus fuit dictum. Secunda autem agentia huiusmodi possunt facere ad esse generabilem. ad esse tamen hoc modo videlicet ad esse receptum in aliquo de quo prius nihil erat non possunt. et quia tunc possent agere nullo presupposito. Creatio ergo nullam rem dicit supra esse. sed dicit esse cum tali conditione vel dicit esse taliter acquisitum aliquid ubi tertio creature non potest se excedere. Ad 3<sup>m</sup> dicendum: quod huiusmodi creatio sit actio transiens. tamen ut dicebat in principali solutione de huiusmodi actione transiente potest aliquid predicari caliter. et sic creatio actio potest dici ipsum intelligere divinum vel ipsum velle dei a quo causatur. et sic creatio actio est in creante. sed formaliter creatio actio est aliquid a creatore in creatura receptum quod realiter non est aliud quam creatio passiva et esse creature. Ad 4<sup>m</sup> dicendum: quod actio et actus idem sunt. Nam illud idem quod est actio ut est ab agente illud idem est actio ut est perfectio passiva. et quia cum creatur essentia sub esse. ipsum esse se habet ut perfectio et ut actus. essentia vero se habet ut quid perfectibile et ut suscipiens actionem. totum ergo agitur. totum producit. totum causatur. sed non totus est actio: quia non totum non habet rationem perfectionis et actus. Nam si ignis simul calefaciendo produceret calefactibile. huiusmodi ipsum calefactibile calefaceret. non tamen ipsum calefactibile esset ipsa calefactio. Hoc enim posito utrumque esset effectus ignis et calor inducit in calefactibile et calefactibile productum sub calore. non tamen utrumque esset calefactio. sed calefactio esset realiter idem quam calor non idem quam calefactibile. sic et in proposito fingemus noia et dicemus quod ipse est ipsa actu factio. ipsa eentia est ipsum actu factibile secundum quem modum loquendi in creatione reus eentia actu sit: quia actu perficitur per esse. huiusmodi eentia non est ipsa actu factio: imo esse est ipsa actu factio per quod esse precipitudo essentia ipsa actu fit: et quia creare nihil est aliud quam quoddam actu facere. creatio nihil erit aliud quam quodam actu factio. Et quia hoc est ipsum esse. creatio nullam rem addit supra esse. sed est ipsum esse. Ad 5<sup>m</sup> dicendum: quod actio successiva que est idem cum motu non est idem quam esse talis actio non est creatio. quia ut di-

cebatur creatio sit tota simul et non est actus entis in potentia: sed entis in actu ut est in actu huiusmodi actus est ipse esse. Ad 6<sup>m</sup> dicendum: quod creatio actio ut est in deo est ipsum esse divinum. et quod dicit nihil ponit in deo. verum est nihil novum. sed bene ponit in eo aliquid eternum. vel possumus dicere quod sicut relatio dei ad creaturam est in creatura secundum rem in deo secundum rationem. sic creatio in creatura ponit aliquid novum secundum rem. in deo autem secundum rationem. Non ergo eodem modo creatio comparatur ad deum et ad creaturam. et ideo non tenet argumentum. Ad 7<sup>m</sup> dicendum: quod creatio dicit esse non quocumque modo sed esse ut est incohabitatio. et quia incohabitatio in instanti. creatio dicitur esse in instanti. dicemus ergo quod illud idem esse quod incohabitatio in instanti durat per tempus aliquid quod si sit esse corruptibile. vel durat perpetuo si sit esse perpetuum. sed ex hoc non habet quod creatio non sit idem realiter quam esse. sed solum arguitur quod creatio non dicat esse sub quocumque conditione. sed solum dicat esse sub hoc modo ut incohabitatio in instanti non ut durans per tempus vel ut durans perpetuo. Ad 8<sup>m</sup> dicendum: quod creare et actu facere. sed essentia actus fit per esse. esse autem actus fit non per aliud formaliter. sed se ipso. utrumque ergo creatur utrumque ergo actus fit. sed non utrumque est actu factio. Ad 9<sup>m</sup> dicendum: quod huiusmodi fieri non sit factus esse ratione successione. illuminari tamen est illuminatum esse: quia illuminatio fit in instanti. sic creari est creatum esse: quia creatio fit in instanti. Ad 10<sup>m</sup> dicendum: quod esse et creatio dissonant tempore. quia tempora sunt non semper creatur. sed hoc non est quod creatio non sit idem realiter quam esse. sed quia creatio dicit esse non quocumque modo. sed ut incohabitatio. ideo convenit illa dissonantia: quia huiusmodi semper sit esse quod diu durat. non tamen semper incohabitatio. Ad 11<sup>m</sup> dicendum: quod quantumcumque mutatio sit instantanea. mutari et mutatum esse non sunt idem secundum rationem. tamen sunt idem realiter. sic creari et creatum esse ratione differunt sed re sunt idem. Ad 12<sup>m</sup> dicendum: quod non quilibet maxima distantia dicit mutationem. sed maxima distantia cum presuppositione subiecti: quia semper mutatio presupponit mobile. sed quia creatio nihil presupponit: huiusmodi possit aliquo modo concedi quod creatio dicat maximam distantiam. non tamen loquendo. prope debet concedi quod sit mutatio neque motus.

**Quo queritur** An esse ipsius forme accidentalis sit idem cum ipsa forma. et restringebatur quod ad extensionem materie. Nam cuius materie extenditur per quantitatem. videtur quod ipsa extensio materie sit quoddam esse creatum in materia a quantitate. erat ergo questio utrum extensio materie sit idem quam quantitas. et arguebatur quod sic: quia esse quod dat quantitatem non est idem quod quantitas. et esse quod dat qualitatem non est idem quod qualitas. ergo esse quod dat quantitatem cum non sit idem quod quantitas erit in alio genere a quantitate. et esse quod dat qualitatem erit in alio genere a qualitate quod est inconueniens. Hoc enim posito et fingere in quo genere esset tale esse. esset valde difficile. ne ergo ponamus aliquid quod non sit in predicamento. videtur omnino esse dicendum quod esse quod dat forma accidentalis sit idem quod ipsa. Ad 13<sup>m</sup> inter formam et materiam nullum cadit medium: per seipsam forma vniuersalis materia. et perfectio perfectibilis. Si ergo forma quecumque sit illa daret aliud esse quam seipsam tunc illud esse caderet medium inter formam et perfectibile. Ad 14<sup>m</sup> corpus non solum disgregat per albedinem. sed etiam disgregat per esse album. huiusmodi idem est esse album quod est albedo. et per huiusmodi esse quod dat formam accidentalem est idem quod ipsa. Ad 15<sup>m</sup> si esse quod dat forma esset

alud a forma posset deus facere tale esse sine forma, ergo posset deus facere mām hñtem eē extensuz sine quātitate. z corpus hñs eē album sine albedine que oia sunt incōueniētia. ¶ Si quātitas extēdens in materia imprimeret materie aliam extēnsionē a seipsa pari rōne z illa alia extēnsio imprimeret quādaz alia extēnsionem. Et quia nō est abire in infinitū. standuz est in primis. ut dicamus q̄ quātitas seipsa extendit materiam: z quia extēnsio materie est ipsa quātitas. z quia extēnsio materie potest dici esse qd̄ dat quātitas materie. quātitas z quelibet forma accidentalīs potest dici idem q̄ suum esse. ¶ Si corpus est albū formaliter per albedinē. z materia extendit formaliter per quātitatē. extēnsio ḡ materie formaliter est ipsa quātitas. z qz extēnsio materie est eē qd̄ dat quātitas. si enim talis extēnsio est formaliter ipsa quātitas eē qd̄ dat quātitas est formaliter ipsa quātitas. ¶ Si aliud eēt eē albū z aliud albedo. ergo alia esset disgregatio albi z alia albedinis. sed hoc est incōueniens: ḡ z primū. ¶ Si hēre partes est mām esse extensam. si ḡ illa mā hēret alia extēnsionē a quātitate. tūc alie essent pres materie z alie quātitatis. ergo ipsa eētia materie hēret partes quod videtur incōueniens. cū materia fm essentiam dicat indiuisibilis in materia ergo nō sunt partes nisi quātitatis. z nō est ibi extēnsio nisi quātitatis ḡ nulla est extēnsio in mā z nulluz est eē extensum datū materie per quātitatē q̄ nō sit quātitas. ¶ In triū est: qz eē est actus forme: ergo nō est forma. ¶ Si partes materie sunt mā. partes quātitatis sunt quātitas. sed mā nō est quātitas. ergo partes materie non sunt partes quātitatis. z per p̄ns extēnsio materie est alia ab extēnsione quātitatis. z qz extēnsio materie intelligit illud qd̄ dat quātitas materie. si h̄ extēnsio est alia a quātitate: ergo eē qd̄ dat quātitas materie est aliud a quātitate. ¶ Si quātitas nō daret aliquod eē materie z nō extenderet ipsam in mā: z nō daret ei esse extensuz aliud a se nō materia cōpositoz p̄dicta quātitati q̄ nō p̄iuncta qd̄ ut in p̄cipali solone patebit est incōueniēs ponere. ¶ Si que hñt diuersas dīas illa differūt. sed albedo z suū eē hñt diuersas dīas: qz albedo est quid indiuisibile. esse albus quid diuisibile ḡ differūt albedo z eē album. ¶ Si sicut forma non dat esse sibi. sed dat eē alteri. ita nō dat eē qd̄ sit ipsa. sed q̄ est alterū. ḡ esse ei est alterū z diuersuz ab ipsa.

**Respondeo**

est scire quod eē forme accidentalis se hēt ad h̄ formā. z mouim⁹ eam ad declarādū mentē nrām sup̄ quibuldas que inuenim⁹ dixisse in hanc materiā. mouimus et̄ ea qz per ipsaz aliqd̄ referuabit nobis de dīa essentie z esse. Sciēdū ergo q̄ de extēnsione quā dat quātitas mae ex hīs que sunt in materia in dictis nostris inuenimus sex dicta que fm mentē nrām non sunt clare intellecta: z que vident eē ualde dubia. ¶ Inuenim⁹ ḡ nos p̄rio dixisse q̄ extēnsio materie est alia ab extēnsione quātitatis. Si ḡ materia hēt suā extēnsionē alia a quātitate. ergo hēt suas lineas. suas superficies. suas dimensiones alias a lineis sup̄ficiebus z dimensionibus quātitatis. qd̄ dicēdo videmur inducere nouū dogma ut ponam⁹ duo p̄dicamēta quātitatis z duo ḡia quātitatū. ¶ Secōdo meminim⁹ nos dixisse q̄ h̄ extēnsio mae quā dicim⁹ esse alia ab extēnsione quātitatis non est res alia a mā quod videt oīno incredibile. quia si extēnsio materie cōpetit ei per accūs opz q̄ id qd̄ accidit rei sit aliud a re: z q̄ h̄ extēnsio que accidit materie sit aliud a mā. Est autē z alia rō q̄re extēnsio mae

opz q̄ sit alia a mā. Naz ista extēnsio materie quā cū qz sit illa opz q̄ extēdat cū mā. p̄stat autē q̄ alie erūt partes materie. alie erūt pres ipsius extēnsionis: ergo quā rōne mā non est quātitas z mā est alia res a quātitate. qz alie sunt partes materie alie pres quātitatis. pari rōne dicem⁹ q̄ extēnsio ipsius materie sit alia res a mā: qz alie sunt pres materie alie pres ipsius extēnsionis. Imo si propter hoc uolum⁹ arguere eē quādā extēnsionem materie que est alia ab extēnsione quātitatis: qz partes materie erūt alie a partibus ipsius quātitatis extēnsionis. ut videt ire in infinitū in extēnsionibus. ¶ Tertio meminim⁹ nos dixisse q̄ h̄ extēnsio materie que est alia ab extēnsione quātitatis est quidā modus essendi. uel quidā modus se hñdi qui cōpetit materie ut p̄iungit quātitati. ḡ q̄ sicut arguit: qz iste modus. uel est aliqd̄ uel est nihil. si aliqd̄ est. ergo aliqua res sup̄addita materie cū hoc non cōpetat materie fm se. si vō nihil est tanq̄ nihil ē dimittēdū z de eo nulla elocutio fiēda. ¶ Quarto meminim⁹ nos dixisse q̄ mā propter h̄ modū se hñdi fm rei ueritatē est compositior q̄ si careret illo mō se habēdi: videt ualde mutabile: qz si ille modus se hñdi nō est alia res a mā. intellectus nō aperitur ut assentiat mām compositiorē eē fm rem propter id qd̄ non est res alia a mā. ¶ Quinto meminim⁹ nos dixisse q̄ mā cū tali mō se habēdi p̄inet ad p̄dicamētū substantie ex quo sequi videt q̄ ille modus quicqd̄ sit illud trahat ad p̄dicamētū substantie qd̄ oīno incredibile videt. Nam cū ille modus insit materie per quātitatē. z sit cātus a quātitate nō videt possibile q̄ illud qd̄ a quātitate causat possit ad p̄dicamētū substantie p̄tinere. ¶ Sexto meminim⁹ nos dixisse uel ei hoc expresse nō dixim⁹ ex dictis nostris haberi pōt q̄ alia sit extēnsio albedinis alia quātitatis. erūt ergo in mā innumerabiles extēnsiones quarū vna nō erit alia: qz erit ibi extēnsio materie. extēnsio quātitatis. extēnsio albedinis. extēnsio humiditatis z caliditatis. z breuiter tot erūt ibi extēnsiones sequēdo positionē istā quot erūt accētta in mā qd̄ videt oīno cōtrariū rōni. Ut ergo in hīs oibus mentē nrām possimus exponere hoc ordine p̄cedimus. qz p̄mo soluemus q̄onem p̄positaz in se. Secōdo ex solone q̄onis declarabimus oia p̄posita dubia. Tertio qz aliqui negant mām extēdi extēnsione quātitatis. adducim⁹ ad hoc aliquas rōnes. Quarto sp̄aliter descedemus ad eē z essentiā. z dabim⁹ aliquā imaginationē de offēnsa utriusqz. ¶ Propter p̄mū sciēdū q̄ dubitare quid sit illud qd̄ acquirat mā ex eo q̄ p̄iungit forme: est dubitare qd̄ sit extēnsio materie qua acquirat mā ex eo q̄ p̄iungit quātitati. est dubitare de ipsa natura materie: qz qui bñ sciret nām materie de leui videret quō se haberet quelibet forma ad ipsam: z de leui cognosceret qd̄ acquirat mā ex eo q̄ p̄iungit forme. Inter ceteros autē antiquos philosophantes qui magis accesserūt ad nām materie fuit plato qui altqualiter tetigit cāz: s̄z nō sufficiēter: ut narrat p̄s in p̄mo phis. Inter nouos autē philosophātes qui ueriores iniam de materia p̄tulit fuit auerrois: ut patet inuentibus dicta eius. Duplici ergo uia uenabimur itentum. Nam p̄mo uenabimur hoc p̄siderando defectus platonis z cauendo nobis ab erroribus eius. Secundo considerando ueritatē a cōmentatore traditam. Iste est enim modus si uolumus aliquā mām bene tractare: qz debem⁹ errores fugere z ueritatē sequi. Plato quidem circa materie nām ut ei iponit p̄s circa finē p̄mi phis. errauit dupliciter. P̄mo qz nō distinxit eas a p̄iuatione qd̄ patet: quia credebat parmenidē



## De esse et essentia

recte dicitur et assentiebatur argumento eius. dicebat enim  
parmenides quod quicquid sit sit ex non ente. qui ergo  
non distinguit de non esse ente sed credit hoc simpliciter esse  
verum: quod quicquid sit sit ex non ente fiat. cum res fiat ex non ente  
erit materia non ens simpliciter: et quod privatio est non ens simpliciter  
qui assentit simpliciter dictis parmenidis et sine distinctione  
procedit quod res fiat ex non ente procedit quod materia sit non ens  
simpliciter. et quod non distinguit a privatione. Hoc est quod philosophus  
dicit quod platonici sunt tageses ipsarum materiarum sed non sufficienter.  
¶ Primum enim contentent ipsi platonici parmenidem recte  
dicere quod aliquid generetur ex simpliciter non ente. Iste est qui fuit  
primum error platonis circa materiam. videlicet quod materia ex qua  
generantur alia sit simpliciter non ens. quod dicens non distinguebat  
a privatione. ¶ Secundus error platonis fuit quod credidit quod  
si esset materia una numero quod esset una forma esset et forma rationem et sim-  
pliciter. et ideo non ausus fuit ponere materiam unam numero. sed po-  
suit pluralitatem ex parte materiae. et iste est magnus error. et in hoc  
est tota difficultas quoniam in sciendo qualiter sit unitas entis  
in potentia. Nam talis unitas non est unitas simpliciter. cum enim  
ens in actu dicitur unum sed quod habet operis quod sit unum simpliciter. et  
sed essentia et forma esset. Sed cum ens in potentia dicitur unum: non  
operis quod sit unum simpliciter. et hoc modo materia dicitur una numero. Cuius  
philosophus in primo de generatione determinans de unitate materiae:  
dicit quod est eadem forma substantiarum et non eadem forma esset. Imaginabi-  
mur itaque quod una et eadem materia per essentiam est coniuncta for-  
mae et est perfecta et est sub privatione et est imperfecta. materia ergo  
dicitur quaedam essentia cui poterit utriusque competere: et est im-  
perfectum cum est sub privatione et est perfectum cum est sub forma.  
Cum igitur materia est sub privatione sunt ibi duo imperfecta. Nam  
ipsa privatio quod imperfectum noiat et ipsa materia ut est sub pri-  
vatione quod imperfectum dicitur. et quod distinguimus materiam a pri-  
vatione cogimur ibi ponere duo imperfecta. sed alia est im-  
perfectio unius et alia alterius. uel aliter dicitur quod imperfectum  
unum et aliter alio. Nam privatio est quid imperfectum quod est  
essentialiter ipsa imperfectio. sed materia est quod imperfectum non quod  
sit essentialiter ipsa imperfectio. sed quod participat imperfectum.  
Imperfectio ergo privationis est per essentiam ut liceat sic loqui:  
quod per privationem non habet essentiam: et quod non habet essentiam et pri-  
uat essentiam: ideo essentialiter dicitur esse quaedam imperfectio. materia vero  
non sic. Nam ipsa non privatur essentia nec est essentialiter imperfe-  
ctio. sed dicitur materia imperfecta: quod sub privatione ex his im-  
perfectio participat. Multum erraret qui crederet  
eadem esse imperfectio materiae et privationis et quod eodem modo di-  
ceret imperfectio de privatione et de materia. sic enim credens  
incideret in primum errorem platonis quod non distingueret  
materiam a privatione. Si ergo primum errorem platonis fugere vo-  
lumus. dicamus quod materia et privatio sunt duo imperfecta et alia  
est imperfectio unius et alia alterius: quod aliter est imperfectum  
unum aliter aliud. privatio enim est ipsa imperfectio. materia vero  
est participans imperfectionem. unde et philosophus in primo  
philosophiae. ait quod materia appetit formam sicut femina masculinum: et  
sic turpe pulchrum: et subdit quod materia non est turpis per se sed  
per accidens. ubi commentator vult quod materia femineitatem et  
turpitudinem et defectum habet per accidens: quod per pri-  
vationem. privatio ergo per se est ipse defectus et ipsa imperfe-  
ctio. materia vero dicitur imperfecta non quod sit ipsa imperfectio: sed  
quod imperfectio participat. Si ergo uolentes vitare errorem  
platonis et sic distinguere materiam a privatione. dicimus materiam  
et privationem esse duo imperfecta. et dicimus quod non est idem  
modus imperfectiois utriusque. sed alia est imperfectio  
unius et alia alterius. Pari ratione imo multo magis dicimus  
quod cum materia est sub forma accidentali ibi duo sunt perfecta.  
Nam ipsa forma quid perfectum noiat et ipsa materia ut est  
sub forma quid perfectum dicitur. aliter tamen et aliter. Nam for-  
ma est quod perfectum quod est ipsa perfectio. materia vero participat  
sub forma et participat perfectiois per ipsam nunquam erit quod

perfectum quod sit ipsa perfectio. sed poterit dici quod per-  
fectum: quod participat perfectionem. alia est ergo perfectio  
unius et alia alterius. quod perfectio forme est per essentiam. per-  
fectio materiae per participationem. Posuimus autem exemplum  
de forma accidentali. et diximus quod materia cum forma accidentali  
sunt duo perfecta. quod ideo fecimus ne aliquis calumiose in-  
staret de forma subali dicens quod materia et forma substantialis non  
sunt duo perfecta sed unum perfectum eo quod sit una essentia  
uel unum per essentiam ex utroque. sed hec de forma acci-  
dentali nequaquam dicere possumus: quod ex accidente et substantia  
una essentia non resultat. ergo cum materia est sub forma acci-  
dentali sunt ibi duo perfecta. et alia est perfectio unius et alia  
alterius. dicebamus et quod cum materia est sub forma accidentali.  
multo magis possumus dicere quod sunt ibi duo perfecta quod  
possumus dicere cum est sub privatione quod sunt ibi duo im-  
perfecta. Nam magis poterit dici de materia et de forma acci-  
dentali quod sunt duo aliqua quod de materia et privatione. Nam pri-  
uatio proprie non est aliquid sed est negatio alicuius uel est ne-  
gatio in aliquo. Sic enim diffinitur privatio in 4.º meta-  
physica quod est negatio in aliquo uel quod ideo est: est negatio in substantia.  
dicamus ergo quod non possumus vitare errorem platonis cir-  
ca materiam nisi distinguamus eam a privatione et nisi di-  
camus quod cum materia est sub privatione quod sunt ibi duo imperfe-  
cta. et si materia exite sub privatione sunt ibi duo imperfe-  
cta. multo magis ea exite sub accidentali sunt ibi duo  
perfecta. et ut descendamus ad sensibile exemplum. dica-  
mus quod materia exite sub quantitate sunt ibi duo extensa.  
utriusque ergo est quid extrinsecus quantitas. scilicet ipsa materia: ut  
est sub quantitate. aliter tamen et aliter. Nam quantitas est  
quid extensum: quod est essentialiter ipsa extensio. materia vero  
est quid extrinsecus: quod participat extensionem. alia est er-  
go extensio quantitatis et alia materiae: quod extensio quantitatis  
est per essentiam. extensio vero materiae per participationem. uere ergo  
essentia materiae est extensa: sed hoc ei competat per aliud ut  
per quantitatem. sicut uere essentia materiae poterit esse turpis: quod  
imperfecta sed hoc ei competat per accidens ut per privationem.  
extensio igitur materiae non est quedam res addita materiae ut  
sunt ibi tres res. videlicet materia. quantitas et extensio deri-  
uata in materiam per quantitatem. sed dicemus quod illa eadem essentia  
materie que de se est in potentia ut extendat illa eadem  
coniuncta est quantitati foris et participat actualiter extensionem  
per ipsam. dedit enim hoc deus naturae materiae ut actualiter per  
qualibet formam exite in ea. est itaque ibi forma actualis  
et materia actuata. quantitas ergo informans materiam et est for-  
ma inherens materiae. sed illa actualis extensio quam parti-  
cipat materia per quantitatem non est aliquid informans materiam  
et non est forma sed est participatio forme. hac autem parti-  
cipationem forme appellamus quaedam modum essendi et  
quaedam modum se habendi quem habet materia sub forma. Plato ergo  
quod non distinguebat materiam a privatione coactus fuisset di-  
cere quod materia et privatio non sunt duo imperfecta. et quod materia  
et forma non sunt duo perfecta: et quod materia et quantitas non sunt  
duo extensa. Utando ergo primum errorem platonis  
aliquo modo manu ducimur in ueritatem queritatem. Sed  
vitando errorem 2.º: oino declarat quod queritatem. dicebat  
enim esse secundus platonis error: quod credidit quod si materia  
esset una numero per essentiam quod esset unum numero sim-  
pliciter. uel quod esset una numero forma rationem et forma esse  
quod commentator exponens ait: quod ex hoc sequeretur quod  
materia esset aliquod entium. ¶ Ad cuius euidentiam  
sciendum quod actus ut actus est nullo alio participat. Ideo  
si aliquid ut est in actu est unum numero: sequitur quod sit unum  
simpliciter. Sed de unitate entis in potentia non est sic. sed quod  
potentia participat uel participare poterit privationem et formam  
et quod materia dicitur quid in potentia eadem essentia materiae aliquid  
est sub privatione et participat privationem et est imperfecta.

aliqui est sub forma et participat formam: et est perfecta. qui ergo imaginatur quod nulla differentia facta sit in essentia materie ut est sub privatione et sub forma. imaginatur quod unitas materiae sit unitas entis in actu et credit quod si materia est una numero quod sit una simpliciter. ideo commentator ait quod ex hoc sequitur quod materia sit aliquod entium. id est aliquid in actu. Non enim debemus imaginari quod ita se habeat materia coniuncta forme et non distincta. sicut se habet ferrum plumbum coniunctum ferro et separatum ab eo. Nam plumbum separatum a ferro non habet de se duritiam. coniunctum a ferro nihil de duritia participat et non propter hoc dici debet plumbum quod durum. Nam plumbum est aliquid in actu et non habet duritiam nec per se nec per participationem si coniungatur ferro. materia autem et ens in potentia non sic. Nam si materia intelligatur cum privatione quantitate: et intelligatur quod non extensum sed potens extendi. coniuncta vero quantitati illa eadem essentia que erat possibilis extendi sit actu extensa. unitas ergo entis in actu per se et secundum quod habet est unitas rei non diversificata. sed unitas entis in potentia potest esse cum valde magna diversitate. ut si materia esset sine quantitate non esset extensa. coniuncta vero quantitati fieret extensa: erit igitur secundum essentiam una et eadem numero diversificata per extensum et non extensum. et ut melius intelligatur quod dicitur. dicemus quod duplex est ordo. unus secundum situm. alius secundum causalitatem. secundum situm quidem sunt ordinati spera ut spera prima non attingit tertiam nisi mediante secunda. nec secunda attingit quartam nisi mediante tertia. Sed inter formas respectu materiae non est ordo situs sed ordo calitatis tantum. quilibet enim essentia cuiuslibet forme: immediate attingit essentiam materiam. est tamen ibi ordo causalitatis: quia forma substantialis existens in materia est causa quare sit in forma accidentalis. et una forma accidentalis potest esse causa quare sit ibi alia. tamen quantum ad situm non est ibi ordo. sed essentia cuiuslibet forme immediate attingit essentiam materiam et immediate extendit materiam. ita quod ipsa essentia materiam fuit extensa per quantitatem. ipsa ergo essentia materiam fit habens partes et fit divisibilis et extensa. materia igitur per quantitatem habet esse extensum. et si queratur quod est istud esse quod dat forma accidentalis materiae: ut quod est illud esse extensum quod dat quantitatem materiae. dicemus quod illud esse extensum quod causatur in materia quantitate non est aliquid informans materiam nec est forma sed est participatio forme. vitando ergo errores platonis possumus investigare et inquire quare sit illud esse quod dat forma accidentalis materie. quod illud esse non est alia res a materia: sed essentia materiam ut est sub privatione est dicere esse in potentia ad illud esse: ut est sub forma est dicere esse in actu. ipsa igitur essentia materiam diversificata per privationem et forma est carere esse et habere esse. et quia unitas numero ipsius entis in potentia patitur talem diversitatem. materia carere tali esse et habere illud ut materia extensa et non extensa non est aliud quam materia. sed est ipsa materia diversificata modo quo diximus. Itaque materia ut est sub forma non sunt ibi nisi duo essentia materiam et essentia forme. et cum est sub privatione sunt ibi duo. materia. privatio. atque ipsa essentia materiam sic et sic exterius intelligitur valde diversificata: quia cum privatione est imperfecta et in potentia. cum forma est perfecta et in actu. et sic perfecta et facta in actu dicitur habere tale esse. imperfecta et in potentia dicitur carere illo. tales autem diversificationes materiae appellabamus modos se habendi et modos extendendi. Secunda via ad investigandum hoc idem sumitur ex veritate quam tradidit commentator de natura materiae. ait enim ipse in primo philosophi. quod materia est composita ex esse et non esse. materia enim et esse suum quod recipit a forma ut materia et esse extensum quod recipit a quantitate non est materia et aliquid aliud. Sed illa eadem essentia que erit in potentia ad extensionem illa eadem facta in actu dicitur materia habens tale esse. et illa eadem

que erat facta in actu per formam si fuerit per privationem dicitur non habere esse. in essentia ergo materie est quod possit sic diversificari. unde et commentator ipsas essentias materiae dicit ex utroque componi. ex esse et ex non esse. quia potest utroque modo sic et sic diversificari. magna cautela igitur est adhibenda ut cognoscat naturam materiae. et ut diligenter attendat quomodo unitas naturalis potest dici de ente in potentia diversificata per esse et per non esse. quia non est alia essentia materie quam esse actu sub forma et potentia sub privatione. esse ergo materiam per formam et non esse per privationem dicitur eadem essentia materie diversificata. Hoc modo et illo soluta quod primo dicebat dicendum. volumus aggredi et volumus dare intellectui illorum sex que inconuenientia videbantur. Primum autem quod videbatur inconueniens sic tollitur. nam ex quo essentia materiae sit actu extensa et non sit quantitas. erunt ibi duo extensa. et per primum erunt ibi duo genera primum et due extensiones. et quod obicitur ergo duo genera sufficienter per habere esse et non esse. et hoc est in essentia materie: quia exterius eadem numero habet utrumque possit sic diversificari per esse et per non esse. Secundum quod dicebatur inconueniens per habere sufficienter tollitur. Nam certum est quod ipsa extensio uel ipsum esse extensum quod habet materiam quantitatem exterius non est alia res quam materia. intelligimus enim ut sepe sepius dictum est quod illa eadem essentia materiae exterius sub privatione est in potentia. ut sic talis exterius sub forma sit actu talis. materia ergo diversificatur per aliud et per aliud. ut per privationem et per formam. sed ipsa materia sic et sic diversificata non est aliud et aliud. et quod arguitur quod extensio illa est causa a quantitate in materia. dicitur debet quod non est causa a quantitate in materia tanquam informans materiam. illa enim extensio non est forma sed participatio forme. ipsa enim essentia materiae potest sic et sic diversificari. et ideo dictum est quod ipsa essentia materiae quantumcumque sit una numero: non tamen est una simpliciter. propter has diversificationes quod patitur. quod vero secundo arguitur quod ipsa extensio materiae extenditur cum materia et erunt alie partes illius extensionis alie materiae. patet quod hoc est. procedit ex falso intellectu. Non enim dicimus quod alia sit extensio materiae et alia quantitas: hoc modo quod sit quedam extensio in formam materiam alia a quantitate. nulla enim extensio informat materiam nisi quantitas. sed si ipsa essentia materiae informata per quantitatem actu extenditur per eam. ipsa ergo extensio materiae participat extensionem et fit extensa. extensio ergo illa de qua loquimur non est forma sed participatio forme. Tertium est quod dicebatur inconueniens sic tollitur: quia illa extensio materiae non est materia et aliquid. sed est materia diversificata per aliquid. tam enim dictum est quod materia habet duos modos se habendi. unum sub privatione. alium sub forma. et secundum hos modos se habendi ipsa essentia materiae diversitatem recipit. materia ergo considerata sine extensione et considerata actu extensa non est nisi ipsa essentia materiae facta talis in actu qualem erat in potentia. diversificatio ergo competit ei per aliud et aliud. sed ipsa sic diversificata non est aliud et aliud: quia non sunt nisi tria principia. scilicet forma et privatio et essentia materiae diversificata per hoc et illud. has autem diversificationes non nihil esse dicimus est eadem secundum rei veritatem essentiam materiae et sic diversificatur. dicemus enim quod perfectum et imperfectum differunt esse et non esse differunt actus et potentia et dicemus quod una et eadem essentia materiae diversificatur per perfectum et imperfectum et eadem essentia materiae intelligitur esse in potentia ut est sub privatione sit in actu ut est sub forma. ad omnia ergo ista dicimus eandem

## De esse et essentia

essentia mae non eodem modo se habentem sed diuersificata: et ideo ista non dicunt aliam rem quam materia. sed dicunt quosdam modos se habendi per quos potest diuersificari materia. unitas enim materie est unitas entis in potentia cuius qua unitate stant huius diuersificationes.

**Q**uartum etiam de leui tollitur quod si possumus intelligere essentiam materie sic diuersificata leue est intelligere eam esse compositiorē. Nam si essentia materie de se ipsa est extensa et ista eadem essentia potest sic diuersificari quod fiat actu extensa. si eēt possibile quod materia haberet esse non extensum et postea actu extenderet. non eēt alia materia per essentiam extensam et non extensam. diuersificatio ergo ut dictum est inest materie per alia. sed materia sic et sic diuersificata non est aliud et aliud: sic extensio inest materie per aliud. sed materia actu extensa a se potest extensa non est aliud. sed illud idem quod erat potentia extensum fit actu extensum. et quia nullus diceret materiam extensam et habentem partes non esse compositiorē se non extensa et carentem partibus: ideo possumus intelligere materiam compositiorē ex eo quod est apta nata sic et sic diuersificari.

**Q**uintum etiam de leui tollitur. Nam illa extensio materie secundum quam dicimus quod materia habet partes alias a partibus quantitatis non est aliquid informans materiam: quod si hoc eēt ad predicamentum substantie pertinere non posset. sed ipsa essentia materie potest sic diuersificari: et potest diuersos modos habere. et potest diuersimode accipi. Cui ergo nulla essentia addat supra essentiam materie: cum essentia materie semper sit in predicamento substantie materia sic extensa ad predicamentum substantie pertinebit. sicut quantitas ex eo quod extendit materiam non trahit extra genus suum: ita quod quantitas extendens est in genere quantitatatis. sic materia ex eo quod extendit per quantitatem non trahit extra genus suum: sed materia extensa est in genere substantie.

**S**extum autem et ultimum quod videbatur inconueniens: sic tollitur. Nam certum est quod non est nisi una quantitas que magis extendat ex eo quod informat eam et que extendit cetera accidentia materia ex eo quod subsistit in eis. Una est ergo extensio que materiam informat et que alijs accidentibus subsistit. sed in ibi una extensio per eentiam sunt tamen multe ibi extensiones per participationem. Unde est ergo quod sicut dicebamus quod alia est extensio materie et quantitatis: quod quantitas habet extensionem quod est ipsa extensio eentialiter. materia vero quod illa extensionem participat. Ita et albedo habet extensiones: quod extensionem quantitatis participat. et aliter participat eam materia et aliter albedo. Nam materia participat extensionem quantitatis et quantitatem subsistit. albedo vero quod in quantitate fundat eius extensio non est quantitas sed participatio quantitatis. et albedo extensa non dicit duas res sed dicit unam et eadem rem aliter tamen et aliter se habentem. Nam illa eadem eentia albedinis que de se non est extensa iuncta quantitati fit actu extensa. albedo ergo est actu extensa per aliud. sed albedo extensa a se non extensa non dicit aliud et aliud. sed dicit unum et idem aliter et aliter se habens. uel dicit unam et eandem eentiam albedinis. in materia est ergo una extensio que est res et que est forma et que est eentialiter extensio. sed multe sunt ibi extensiones per participationem. sed hee participationes extensionis non dicunt alias res ab ipsis rebus extensio. sed dicunt eandem res aliter et aliter se habentes. et breuiter ipsa materia participat suo modo extensiones et quot sunt ibi accidentiaeducta de potentia materie tot sunt ibi participationes extensionis.

**T**ria sunt hic diligenter notanda. primo ut concedamus multitudinem extensionum. uidelicet quod materia et albedo dicunt multa extensa. ita quod ipsa

materia subtracta quantitati quid extensum. Secundo est notandum quod si concedamus multa extensa. non tamen extensiones quocumque modo sumptae sunt res alie ab extensio. immo taliter potest accipi extensiones quod non sunt res alie ab extensio: ut extensio quantitatis non est res alia a quantitate. immo quantitas eentialiter est ipsa extensio. extensio etiam materie non est res alia a materia. non enim intelligimus quod huius extensio materie ut sepius diximus sit quedam res informans materiam talis enim extensio non est quantitas sed participatio quantitatis. extensio ergo materie potest dupliciter dici. uno modo ut dicatur extensio id quod informat materiam et sic quantitas est extensio materie. sed si quantitas sic eēt in materia quod tamen ipsa eentia materie non actu extenderetur per quantitatem. hoc posito quantitas esset quedam extensio existens in materia cum non posset dici materia extensa per quantitatem: quod positum est materiam non extendi per eam. sed si debet materia extendi per quantitatem duo requiruntur sed hec duo ab inuicem separari non possunt. primo enim requiritur quod sit quantitas in materia. secundo quod existens quantitas in materia: materia fiat actu extensa et participet quantitatem. ergo extensio materie potest dici uel ipsa quantitas que est alia res a materia et que informat materiam. uel extensio materie dicitur ipsa participatio quantitatis: et sic extensio materie non est alia res a materia: quod materia seipsa participat formam. Non enim debemus intelligere quod sic sit quantitas in materia sicut est lignum in lapide uel lapis in ligno que ex se inuicem ulla actualitatem recipiunt. sed materia actu extendit per quantitatem. ergo est ibi quantitas et materia participans quantitatem. propter quod ipsa quantitas potest dici extensio materie et ipsa participatio quantitatis extensio materie dicitur potest. et sicut extensio materie dupliciter sumi potest. sic materia extensa potest dupliciter dici. uno modo ut dicatur materia extensa quantitas siue materia includens quantitatem et sic materia extensa non est in predicamento sed in predicamentis. Alio modo potest dici materia extensa participans quantitatem et sic est ipsa eentia materie que de se est potentia extensa ut est actu extensa. et hoc modo eentia materie non est aliud quam materia et est in predicamento substantie. et que diximus de materia respectu quantitatis intelligenda sunt de albedine et de alijs accidentibus materialibus. extensio itaque materie non ut dicitur quantitate informat materiam: sed ut dicitur participationem forme non est res alia a materia: sic extensio albedinis non ut dicitur quantitate illas que est sibi albedinis. sed ut dicitur participationem illius subiecti non est res alia quam albedo. est igitur hoc <sup>2</sup> notandum quod taliter potest accipi extensio materie et albedinis et ceterorum. talium quod non dicitur rem aliam ab extensio. notandum est quod unitas numeralis materie magnam diuersitatem patitur. propter quod non est unitas simpliciter. ipsa enim eentia materie diuersificat per eam et per non eam: que diuersificatio ut supra diximus sed accidat sibi per aliud. ipsa tamen sic et sic diuersificata non est aliud et aliud. sed est unum et idem non per eam modum: sed aliter et aliter se habens. dicemus ergo quod ut diffuse traditur in primo philosophorum. tria tamen sunt principia nature. materia forma et priuatio. duo istorum sunt opposita non manent diuersificata sed seipsa expellunt. ut priuatio expellit formam et e conuerso. materia vero quod est tamen principium unum et idem manet nunc sub uno principio nunc sub alio: ut nunc sub forma nunc sub priuatione. sed in materia maneat una et eadem nunc sub priuatione nunc sub forma. magne tamen esset demerite credere quod si materia maneret una et eade sub priuatione et forma quod etiam maneret uno et eodem modo non di-

uerificata in aliquo. dicemus igitur quod ipsa essentia materie est apta nata diuersificari hoc modo et illo. propter quod materia cum suo esse extendens non est aliud quam essentia materiae facta in actu talis; ut facta actu extensa qualis erat in potentia et materia considerata cum suo esse non extendens non est aliud quam essentia materie abiciens actum et huius potentia extensione. considerata vero sub esse extendens non abiciens actum. sed est actu extensa. diuersificatur ergo essentia materie. puta est abiciens actum et non abiciens. ut distinguit philosophus in 2<sup>o</sup> de anima. esse itaque quod dat forma materie siue sit accidentalis siue sit substantialis non est aliud ab essentia materie. nec est res alia a materia. scilicet essentia materie non abiciens actum. scilicet facta talis in actu qualis est in potentia. dicitur materia cum tali esse et non esse quod dat ei priuationem non est aliud quam essentia materie abiciens actum et carens tali esse. Concludamus autem ex omnibus et dicamus formam quantum est de se et quantum dicitur esse eadem secundum essentiam est eadem secundum esse. forma ergo quantum est de se uel manet eadem non diuersificatur. uel tollitur per priuationem. et priuationem quantum est de se uel manet eadem non diuersificatur. uel tollitur per formam. et si sunt aliquae forme suscipientes magis et minus non impedunt ueritatem quaesitam. quia hoc non competit formis secundum se. sed prout in materia sunt receptae. essentia tamen materie de se est apta nata diuersificari per esse et per non esse. forma autem nunquam stat cum non esse nec priuationem cum esse. sed essentia materie stat cum utroque. materia igitur cum suo non esse quod habet per priuationem et sine suo esse quod habet per formam non est nisi ipsa essentia materie que prius est potentia talis postea fit actu talis. quod nisi essentia esset apta nata sic diuersificari aliter et aliter nequaquam talia contingere possent. itaque si materia est apta nata sic diuersificari et aliter et aliter se habere tales diuersificationes appellare. alios et alios modos se habendi uidet oino inconueniens. ¶ Postquam soluimus questionem propositam ostendentes quid est illud esse quod dat forma materiae. et declarauimus illa que uidebantur inconuenientia circa hanc materiam; quia ut dicebat aliqui negant essentiam materie extendi per quantitatem. uolumus ad hoc adducere rationes quod dicebatur tertio exequendum. probabimus autem tripliciter ipsam essentiam materiae extendi per quantitatem. Prima sumitur ex eo quod materia comparatur ad diuersas formas. Secunda ex eo quod quantitati subicitur. Tertia ex eo quod diuiditur per quantitatem. ¶ Prima uia sic patet. Nam si materia non extendere per quantitatem: tunc materia non haberet partes. in diuersis ergo partibus materie non reperirentur diuersae forme. sequeretur igitur omnia inconuenientia ad que adducit commentator in de suba orbis dicens quod si materia non haberet dimensiones. scilicet si ipsa essentia materie non extendere non reciperet simul diuersas formas numero nec diuersa specie nisi diuersis temporibus quod patet plane falsum. opinantes autem solam quantitatem habere partes et esse extensam. materiam autem non habere partes et non esse extensam credunt in diuisiua non differre substantialiter sed accidentaliter tantum. Hec opinio prius dicitur philosophi in primo de caelo et mundo. qui uult quod quod res prius est ex medietate materie siue possunt esse plures tales et res in eadem specie. ergo uult ipsam materiam habere medietatem et habere partes quod non est nisi extendere. uere autem ipsa essentia materie extendit et habet partes: scilicet habet per accidens ut per quantitatem. ¶ Secunda uia ad hoc idem sumitur ex eo quod materia quantitati subicitur. nam ubique est oportet ibi accidens esse secundum eius. aliter enim accidens esset sine subiecto quod naturaliter fieri non potest. et quia quantitas habet esse extensum oportet quod cuilibet parti quantitatis subistat materia quod non esset nisi materia extendere simul cum quantitate: sed forte dices quod materia nullam totalitatem habet nisi essentialem.

Non autem habet totalitatem extensionis. sed est tota sub tota quantitate et tota sub qualibet parte: sicut anima intellectiua est tota in toto corpore et tota in qualibet parte. sed hec cauillatio friuola est. Nam anima intellectiua superexcedit corpus et est formalior corpore. si ergo hic possemus dicere de materia esset materia formalior sua forma. ¶ Tertia uia ad hoc idem sumitur ex diuisione materie. Nam diuisa quantitate diuiditur et materia. ita quod sub qualibet parte quantitatis habet esse materia: quod non esset nisi materia extendere simul cum quantitate. ex hoc autem confirmatur ratio 2<sup>a</sup>. Nam quia anima intellectiua non extendit per extensionem corporis diuiso corpore non diuiditur anima. Si ergo materia non extendere cum quantitate non diuideretur materia quod est impossibile: quia tunc esset dare quantitatem aliquam sine materia. dicemus ergo quod sicut albedo secundum quantitatem essentialiter est tota in tota superficie et tota in qualibet parte. habet tamen ipsa albedo quamdam totalitatem per accidens ut totalitatem extensionis quam habet ex eo quod participat quantitatem secundum quam totalitatem et tota albedo in tota superficie et pars in parte. et diuiditur albedo secundum diuisionem superficie sic et materia secundum totalitatem essentialiter est tota sub qualibet forma. habet tamen ipsa materia quamdam totalitatem extensionis quam habet per accidens ex eo quod subicitur quantitati secundum quam totalitatem diuiditur ut in diuersis partibus eius possunt simul esse recipi diuersae forme. ¶ Huius omnibus prelibatis uolumus exequi quartum et ultimum. ostendentes quod de diuersitate esse et essentie possumus ex hijs que diximus habere aliquam picturam. Imaginabimur enim quod materia de se extensione non habet. Imaginabimur etiam quod in materia sit quantitas que est ipsa extensio essentialiter quam participando materia dicitur extendi. posito itaque quod esse sit quedam extensio separata. sicut posuit plato ideas separatas quas uocauit deos. Si igitur illa extensio separata uellet producere materiam posito quod materia non posset esse in actu sine extensione secundum hanc hypothesein extensio illa separata non posset producere materiam nisi imprimeret ei quamdam extensionem uel quamdam quantitatem que faceret materiam potentia extensam actu extensam. ¶ Constat autem quod extensio illa separata per se ipsam non posset informare materiam. ergo essentia ibi tria. uidelicet materia que est potentia extensa. et extensio illa que informat materiam et que facit actu extensa participare extensionem. et esset quedam extensio separata que produceret materiam cum illa extensione. sic est in proposito intelligemus essentiam esse aliquid que de se non habet esse. sed est in potentia ad esse. et est quoddam esse separatum. ut deus. ipse ergo deus uolens producere essentiam creature. uidet secundum hanc nature cursum quod non potest eam producere nisi actu existentem et habentem esse. et quia potentia non habens esse non potest fieri actu existens et actu habens esse nisi et aliqua perfectio superaddatur per quam perficiat et existat et sit. ¶ Constat quod ipsum esse diuinum non potest esse formalis perfectio alicuius. essentia ergo ibi tria. uidelicet essentia participans esse et esse participatum in essentia et ipsum esse purum. deus ipse qui producit essentiam cum esse et esse cum essentia. sed hec omnia de esse et essentia in sequenti questione lucidius tractabuntur.

**Ad primum** ergo dicendum: quod argumentum procedit a se ipsa quod non est uerum. sed quantitas existens in materia facit materiam potentia extensa actu extensam. materia autem sic actu extensa et potentia extensa dicitur unam et eandem essentiam materie cum alio et alio modo se habendi. Illi ergo extensioni non est querendum aliud predicamentum quam predicamentum in quo est materia: quia modo rei non querendum aliud predicamentum ab ipsa re. Sed intellectus non quiescit sed semper uacillat eo quod non ui-